ADRIANI PVLVÆI LL. DOctoris, & in ſuprema Pariſienſi Curia Aduocati.

Ad legem Atiniam, ſiue de rei furtiuæ prohibita vſucapione,

Liber ſingularis.

Ad illuſtriſſimam Principẽ Margaritam, Henrici Francorum Regis ſororem, & Biturigum ducem.

Eiuſdem, De rei alienæ diſtractione, Liber ſingularis.



PARISIIS,
Apud Vincentium Sertenas, ad Palatium Regium, via quà itur ad Cancellariam, Et in via noua diuæ Mariæ, ſub inſigni S. Ioannis Euangeliſtæ.
1558.
CVM PRIVILEGIO.

VERBA LEGIS ATINIÆ.

Quod ſurreptum erit: eius rei æterna authoritas eſto, niſi in poteſtatem eius cui ſurrepta erit reuertatur.



ILLVSTRISSIMAE PRINCIPI MARGARITAE, Henrici Francorum Regis ſorori, Duci Biturigum Adrianus Puluæus. S. D.



T qui mediis è fluctibus ac procellis erepti ſunt, illuſtriſſima princeps, eos

-tabula ſacer
Votiua paries indicat humida
Suſpendiſſe potenti
Veſtimenta maris Deo,

vt eſt apud Flaccum: ita ſchola Bituricenſis iis diſcordiarum moleſtiarumq́ tẽpeſtatibus, ab Auſtro, neſcio quo fato demiſſis, & quibus ab hinc duos circiter annos com

mota misereq́ʒ afflicta fuit, nūc tandē auersis, à me tanquā ab alūno, suo iure poposcit atqʒ effecit (quid enim ei in me nō liceret, in qua ab antecessoribus, quos M. Hospitalius, vir doctrina quauis liberali et eruditione insignis, te volente ac iubente iuri interpretando præfecit, omni humanitatis genere affectus sum?) vt hanc votiuam tabulā tibi potenti āc humanißimæ heroinæ suspenderē, arámqʒ tuā hic tener (vt pastor ille Virgilianus deo suo Octauio pollicetur) nostris ab ouilibus imbueret agnus, id est, hos qules quales studiorū meorum fructus tibi offerrē ac dicarē, quòd tua benignitate procella illa, turbo, ventorumq́ʒ tēpestas ita cohibeatur, ne denuo alicūde irruat, et quā fouendam & ornandam suscepisse existimaris academiā, ea in veterem libertatem ac dignitatem sibi restituta esse videatur. Hanc igitur scholæ tuæ alumni debitam obseruantiam æqui boni consulas quæso.

Lutetiæ Parisiorum Kal. Ianuar. 1557.

SVMMA EORVM QVAE in hoc libello continentur.

Caput 1.

BOno publico aduersus naturæ rationísque præcepta vsucapionem introductã esse.

Ne incerta essent dominia, & vt litium esset aliquis finis.

Contraria tamen vtilitate suadente, lege duodecim tabularum vel Attinia cautum esse, ne rei furtiuæ vsucapio daretur.

Caput 2.

HVius Atiniæ legis duo esse capita.

Prius rei furtiuæ vsucapionem prohibere.

Caput 3.4.5.

ADeò vt ne bonæ fidei quidem emptor vſucapiendi ius habeat. Et vindicatus explicatúſque Iuſtiniani locus.

Caput 6.

ADeo porrò rerum furtiuarum impediri vſucapionem, vt nec ancillæ furtiuæ partus ab ipſo fure eiúſve hærede vſucapi queat.

Idem de ouium fœtu cæteríſque pecudibus exiſtimandum eſſe.

Caput 7.

QVòd autem ad bonæ fidei emptorē attinet, ancillæ partū ab ouiū fœtu diſtinguendum eſſe.

Partum ſiquidem apud furē vel eius hæredem conceptum à bonæ fidei poſſeſſore vſucapi non poſſe.

Et explicatæ l.qui vas.§. ſi ancilla. ff.de

ff.de furt. & l.non ſolum. ff. de vſu-
cap.aliter quàm ſoleat.

Caput 8.

COnceptum verò partum & edi-
tum apud bonæ fidei poſſeſſo-
rem, eo tempore quo furtiuam ma
trem ignorat, vſucapi poſſe.

Et declaratæ conciliatæque. l. 4.
§.de illo.ff.de vſucap.& l. qui ob pa
ctionem.l.ſeruus.ff.pro empt.

Caput 9.

QVòd ſi dum vſucaperet bonæ
fidei emptor, alienam matrem
vel furtiuam eſſe cognouerit, initiũ
vſucapionis intuendum eſſe.

Et explicata l. ſi aliena. ff. de vſu-
cap. aliter quàm à cæteris.

Verámque eſſe Trebatij Paulí-
que ſententiam, ſi ea cum Pompo-

nij distinctione accipiatur.

Licet aliter vulgò interpretentur.

Caput 10.

SVpradictis consequens esse, partum apud bonæ fidei emptorem conceptum per publicanum iudicium peti posse.

Et vindicatus à quorũdam temeritate Vlpiani locus in l. eum qui. §.partus.ff.de public.in rem act.

Caput 11.

PEcorum autem fœtus, præterquã quòd vsucapi possunt, statim ad bonæ fidei emptorem pertinet.

Et vindicatus Pauli locus in l.bonæ fidei ff.de acq.rer.do.

Diuersitatis rationem hanc esse, quòd pecorum fœtus sint in fructu, partus non item.

Ita

Ita tamen pecorum fœtus ſtatim ad bonæ fidei emptorem pertinent ſi eos conſumpſerit.

Et explanata l.4. §. fructus ff. de vſucap. aliter quàm ſoleat.

Item vindicatus Vlpiani locus in d.l. qui vas §. ſi ancilla. ff. de furt.

Caput, 12.

QVod de rebus furtiuis dictum eſt, idem de muliere fugitiua, eiúſque partu dicendum.

Caput 13.14.

POſterius legis Atiniæ caput hanc addit exceptionem, niſi res furtiua in domini poteſtatem reuerſa fuerit.

Idem eſſe ſi lis æſtimata fuerit, vel furi dominus eam vendiderit, vel eius voluntate alij tradita fuerit,

Et explicata l. si fur ff. de vsucap. præter aliorum opinionem.

Item conciliatę l. 4. §. tunc autem & §. si rem pignori. ff. de vsucap. l. cum sit probatum. C. pro emp. l. vlt. ff. pro sol. aliter quàm soleat.

Caput 15.

TVnc autem in potestam rediisse intelligi, cum eius possessio iustè auelli non potest.

Et explicata l. potestatis. §. vlt. ff. de verb. sig. præter aliorum opinionẽ.

Caput 16.

SEd & illud requiri vt dominus, & rem surreptam fuisse non ignoret & tanquam suam recipiat.

Et declaratæ d. l. 4. §. tunc autem & §. idem labeo l. 1. §. si rẽ ff. de pos.

Item l. interdum §. si res & §. cum

autem

autem ff. de furt. & d.l. 4. §. labeo quoque.

Caput 17.

IN re pupilli sufficere, si tutor sciat rem in domum pupilli rediisse.

Non tamen propterea id ei consequens esse, rem pupilli usucapi posse.

Et enucleatæ l.2.ff. de eo qui pro tut.l.apud Celsum. §.si quis non tutor ff.de except.doli.l. 2.§.si a pupillo.ff.pro empt.aliter quam soleat.

Item vindicatus Pauli locus in l. eum qui ff.de public.in rem act.



ADRIANI PVLVAEI LL. DOctoris, & in suprema Parisiensi curia Aduocati, ad legem Atiniam, siue de rei furtiuæ prohibita vsucapione, libellus.

CAPVT I.



Vanquam iure naturæ hoc æquũ est, neminem cum alterius detrimẽto & iniuria fieri locupletiorem, [a] atque ideo naturali æquitati conuenire posse nõ videtur, vt quod semel iam nostrum factum est, id alius prolixitate temporis sibi vsu absque facto nostro acquirere posit: bono tamen publico introductũ est, vt qui bona fide ab eo, qui dominus nõ erat, cum crederet eum dominum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliáve quanuis iusta causa acceperit, is eã rem, si mobilis est, per triẽnium, si immo-

a. L. iure naturæ, ff. de reg. iur. l. nã hoc natura. ff. de cond. iud.

bilis per longi temporis possessionem (id est inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis) vsucapiat,[b] quo scilicet rerum suarum domini diligentiores reddantur, quòd se videant paucorum annorum negligētia proprietatem earum amissuros: & ne quarundam rerum diu & ferè semper incerta dominia essent, & ita earū cultura à possessoribus quoque, verentibus ne quandoque veri domini eas vindicēt, negligatur.[c] Cui conueniēter Neratius scribit, vsucapionem cōcessam esse ac constitutam, vt aliquis litium finis esset:[d] vt & ante eum meritò Cicero eam esse interpretatus sit, finem solicitudinis ac periculi litium.[e] Sed aliquando etiam si maximè quis bona fide rem possederit, non tamen illi vsucapio vllo tempore procedit.[f] Veteres enim prudentes in vsucapione constituenda animaduerterunt vtilitatem suadere, vt quarundā rerum denegaretur, inhiberetúrque vsucapio, veluti liberi hominis, rei sacrę, sanctæ, vel religiosæ. Hinc etiam M. Tullius lib. 1. de Legibus ait, in controuersia de finibus, vsucapionē 12. tabulas intra quinque pedes esse noluisse, vt circunuerti aratrum

b § 1. de vsucap. in instit.

c L. 1 ff. de vsucap. Theoph. in princip. tit. de vsucap. in instit.

d. l. vlti. ff. pro suo.

e. In orat. pro cecina.

f. § sed aliquando de vsucap. in instit.

fratrum facto eatenus sulco valeret: & lib. 2. idem refert, easdem leges 12. tabularũ forum bustúm ve vsucapi vetuisse. Furtiuæ quoque res, & quæ vi possessæ sunt, nec si prædicto longo tempore bona fide possessę fuerint, vsucapi possunt. Nam furtiuarum rerum lex 12. tabularũ & lex Atinia inhibent vsucapionem, vi possessarum lex Iulia & Plautia.[g]

g. § furtiuæ quoque res de vsucap. in instit.

CAPVT 2.



HVius autem legis Atinię, de qua in hoc libello dicere instituimus, quis fuerit author, & quo tempore lata, non satis constat. Illud verò palam est, eius duo capita fuisse. Prius quod ex lege 12. tabularum repetitũ est, in hæc verba apud Aulium Gellium[a] cõceptum legitur. Quod sũrreptũ erit eius rei æterna authoritas esto, hoc est, nulla temporis præscriptióne vtatur rei furtiúæ possessor aduersus dominũ rem suã condicere volentem. Quæ lex magnam habet in se æquitatẽ. Nam à ratione valdè alienum esset, furis delictum abalie-


a. Lib. 17. cap. 7.

nandi causam prębere, pręsertim cũ odio furũ acria & seuera iudicia de furtis habita sint apud veteres, vt est apud eundẽ Gellium ex Labeone,[b] & furtum sicuti adulterium natura turpe prohibitúmque sit:[c] quod ne in olusculo quidem tulisset Draco Atheniẽsis, nec in bubulo stercore Solon, ex quo illa ἡ τοῦ βολίτου δίκη. Sed & apud Germanos pœnam legibus in eos statutum fuisse, qui rem furtiuam vel emissent, vel commendatam suscepissent, memoriæ proditum extat.

b. Lib. 7. ca. 15.

c. l. ꝑprobrũ ff. de verb. sig. §. 1 de furt. Instit.

CAPVT 3.



SEd quod dictum est furtiuarum & vi possessarum rerum vsucapionem per leges prohibitam esse, nõ eò pertinet, ne ipse fur, quiue per vim possidet, vsucapere possit, (nam his alia ratione vsucapio non competit, quia scilicet mala fide possidẽt) sed ne vllus alius, quamuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia iusta causa acceperit, vsucapiendi ius habeat.[a] Vbi enim lex inhibet vsucapionem bona fides possidẽti nihil

a. §. quod autem. de vsucap. in instit.

ti nihil prodest, ad hoc vt incohari posſit vſucapio.[b] Vnde in rebus mobilibus non facilè procedit, vt bonæ fidei poſſeſſoribus vſucapio competat. Nam qui ſciens alienam rem vendiderit, vel ex alia cauſa tradiderit, furtum eius committit,[c] potiſſimùm ſi cõtrectet, vel apud ſe detineat. [d]Quòd autem ad eas res, inquit Iuſtinianus, quæ ſolo cõtinentur expedit, ius ita procedit, vt ſi quis loci vacantis poſſeſſionem, propter abſentiam aut negligẽtiam domini, aut quia ſine ſucceſſore deceſſerit, ſine vi nanciſcatur: quamuis ipſe mala fide poſsideat, quia intelligit ſe alienum occupaſſe, tamen ſi alij bona fide accipienti tradiderit, poterit ei lõga poſſeſsione res acquiri, quia neque furtiuum neque vi poſſeſſum acceperit. Abolita eſt enim quorundam veterũ ſententia exiſtimantium, etiam fundi locíve furtum fieri: & eorum vtilitati qui res ſoli poſsident principalibus cõſtitutionibus proſpicitur, ne cui longa & indubitata poſſeſsio debeat auferri.[e] Vbi quidam Iuſtiniani contextum, vt & pleraque alia temerè peruertunt, ſicque legendum cenſent. Quòd autem ad eas res quæ ſolo cõ

b. L. vbi lex. ff. de vſuca. l qui fundũ. ff. de fund. dot.

c. d. § quod autem.

d. L. alienã. C. de furt.

e. d § quod autem. l verum eſt. 25. ff. de furt.


tinentur,expeditius procedit,&c.aptatis duabus voculis (expedit-ius) & reiecta particula(ita)hac ratione moti, quod existiment, expeditius sine vi nancisci quem rei immobilis possessionẽ, quam rei mobilis sine furto. Quod quàm aptè ac consentaneè ab illis factum dictúmve sit, aliorum sit iudicium, nobis non ita videtur. Si qui tamen eam lectionem recipiẽdam esse putabunt, hæc non erit ab iis constituenda ratio, quæ ab illis lectionis suæ confirmandæ causa excogitata est, sed hoc sensisse Iustinianum probabilius erit, aliquando nempe à veteribus dubitatum fuisse, vt est apud Gellium ex Sabino, an is qui bona fide, ab eo qui mala fide, sine vi tamen, rem alienam soli possidebat & acceperat, vsucapere posset. Qua quidem in re quæstionem monebat, quod hęc clandestina possessio à clãdestino furto, cuius vitio semel affecta res non vsucapitur, differre non videretur: expeditius tamen nunc procedere, vt vsucapio competat. Abolita est enim quorundam veterum sententia existimantium etiam fundi locíve furtum fieri. Ideóque eorum nomine vsucapio nõ impe-

impeditur. Cuius diuersitatis ea à Franc. Connano affertur ratio, ne inuitentur homines ad latrocinia & alienorum bonorum direptiones, si quod furto subtraxerint aliis alienatum & venditum præscribetur: deinde quòd nulla negligentia assignari potest dominis, qui inuiti rē suam amiserunt, & vt solicitè quærant, non queāt inuenire. Sed & nulla potest esse tanta dominorum in rebus suis assiduitas & diligentia, vt non in eas plerūque furum manus perueniat, quæ ratio & in rebus raptis, aut fundis vi possessis locum habet. in clādestina fundi possessione non item. Est enim quod imputetur domino qui tandiu agrum suum neglexit, quem amittere non potest, quin quoties voluerint, ad ipsum adeat, & si inde repellatur, vocet in ius eum qui iniquè detinet alienum. Neque hoc argumento vti licet etiam violento possessori. Nam si timore tui perculsus cessi fundo meo, eodem timore fieri potest, vt nō ausim te de eo appellare ad iudicem, sic de metu argui fortasse possim, de negligentia verò nullo modo. At lex non audaciam in dominis, sed sedulitatem re-

f. Lib. 3. ca. 16. quirit. hactenus ille.[f] Sed illud hoc loco obſeruandum eſt, Iuſtinianum hoc ius immutaſſe, & idem in eo qui bona fide accepit à mala fide poſsidente conſtituiſſe, quod in ipſo malę fidei poſſeſſore, vt in vtroque triginta annorum ſpatiũ requiratur, præſertim ſi dominus eſt ignarus. Eius verba ſunt hæc. εἰ ἀγνοεῖ ὁ ἀληθὴς τῶν πραγμάτων δεσπότης, καὶ ὅτι τὰ πράγματα αὐτῷ προσήκει, καὶ ὅτι γέγονεν ἡ ἐκποίησις· κελεύομεν μὴ ἄλλως τοῦτον ἀποκλείεσθαι, πλὴν εἰ μὴ διὰ τῆς παραγραφῆς τῆς τριακονταετίας· μὴ δυναμένου λέγειν τοῦ τὰ πράγματα τούτῳ τῷ τρόπῳ νεμομένου, ὅτι αὐτὸς καλῇ πίστει νέμεται, ὅτι παρὰ τοῦ καλῇ πίστει νεμηθέντος ταῦτα ἐκομίσατο.[g]

g. Nouell. 119.

CAPVT 4.



ADeò autem verum eſt rei furtiuæ prohibitam eſſe vſucapionem, vt & ſi ex lana furtiua veſtimentum feceris, ſubſtantiam ipſam ſpectare debeamus, & ideo veſtis furtiua ſit, nec vſucapi queat, [a] quamuis quod ex re furtiua redigitur, veluti munus ex eius pretio, furtiuum non ſit [b], nec rei ex aliena materia confectæ is dominus remaneat qui antea materiæ dominus fuerat, niſi ea res ad priorem

a. d. l. 4. §. ſi ex lana.

b. L. qui vas §. vlt. ff. de furt.

rem materiam reduci potuerit, vel nisi artifex, alienam esse materiam sciuerit[c]. Adeo similiter verum est rerum vi possessarum vsucapionem non competere, vt etiam si mala fide fundum me possidentem vi deieceris & vendideris, ei locus non sit. Verum est enim vi possessum esse, licet non à domino. Idem dicēdum in eo qui expulerit eum qui pro hærede possidebat, qnamuis sciat esse hæreditarium.[d] Sed meminisse debemus hæc duo necessana esse ad hoc vt rerum vi possessarum impediatur vsucapio, vt quis de possessione sua deturbatus eiectúsve sit, & vt is qui vim intulit earum aliquando possessor fuerit: alioqui si tu vi me expuleris de fundi possessione, nec apprehenderis possessionem, sed Titius in vacuam possessionem intrauerit, poterit longo tempore capi res. Quamuis enim interdictum vnde vi locum habeat, quia verũ est me vi deiectum, non tamen verum est & vi possessum esse.[e] Lex verò Iulia & Plautia ea demùm vetuit longa possessione capi quæ vi possessa fuissent, non etiam ex quibus vi quis deiectus fuisset.[f]

c. §. cum ex aliena de rer diuis. in instit. l. de eo. §. si quis ex vuis. ff. ad exhib.

d. d. l. 4. §. si tu vi.

e. d § si tu vi.

f. L. non solum. §. si dominus. ff. de vsucap.

CAPVT 5.



Æterùm licet is qui alienam hæreditatem expilat, improbior fur esse dicatur [a], quia tamẽ propriè eius rei furtũ non fit quæ sine domino est, rei hæreditariæ furtum fieri nõ dicetur.[b] Hæreditatis enim iacẽtis nullus possessor est cui furtum fieri posſit. Ideóque vsucapio non impeditur, nisi fortè eam rem pignori dederat defunctus, aut cõmodauerat, aut in qua vsusfructus alienus est. His enim casibus putabat Iulianus hæreditariarum rerum fieri furtum, & vsucapionem impediri, idcircóque hæredi quoque actionẽ furti competere posse.[c] Tignum porrò licet furtiuum, ædibus vineísve iunctum, lex 12. tabularum neque soluere permittit, neque vindicare, quod prudenter lex effecit, ne vel ædificia sub hoc prætextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur.[d] Ædificio verò dissoluto vindicanti tignum nulla longi temporis præscriptio obiici potest, nõ ea sola ratione quia furtiuũ sit, tametsi ea sufficeret, sed & quòd si furtiuum non esset, vsucapi tamen nõ posset,

a. L. si te. C. ex quibus causs. infr.

b. L. 1. §. Sceuola. ff. si quis test. liber. l. hæreditariæ. ff. de furt. l. 2. l vlt ff de crimine ex hæred.


c. L. aut in qua his casibus ff. de furt. l. si homo. ff. de vsucap.

d. L. 1 ff. de tiguo iniũcto. Festus lib. 18. de verb. sig.

posset, quòd nulla sine possessione vsuca pio procedat. at verò tignum possedisse non intelligitur, qui ædes possedit.[c]

c. L. eũ qui ædes. ff. de vsucap. l. qui vniuersas ff. de ac qui. poss.

CAPVT 6.



Ed de illo inter nostros iureconsultos ingens controuersia, necdum planè sedata, extitit, an ancillæ furtiuæ partus vsucaperetur. Cuius articuli decisio ex eo omnis dependet, an partus sitne furtiuus (de quo etiã inter principes ciuitatis P. Sceuolam, M. Manlium disceptatum fuisse, ab iisque M. Brutum dissensisse testatur Cicero.[a]) Nãque si furtiuus est, minime vsucapietur, ne à bonæ fidei quidem emptore, nedum à fure eiúsve hærede. Quòd si in furti vitium non ceciderit, vsucapio locũ habebit. Quod vt ita esse intelligatur, propositis à iureconsultis exemplis, id latius nobis explicandum est ac illustrandum. Atque illud in primis multum referre opinandum est, vtrum de fure eiúsve hęrede agatur, an verò de bonæ fidei emptore alióve possessore. Nam quòd

a. Lib. 1. de finibus.

ad ipſum furem attinet, nulla dubitatio eſt,eum vſucapere nõ poſſe.Sed nec hæres,ait Paulus, qui in ius defunčti ſuccedit,licet apud eum ignorantem ancillam furtiuam eſſe,conceperit ea & pepererit, vſucapiet quod defunčtus non potuit. Nec enim ignoratione ſua, vt eſt apud Papinianũ, defunčti vitia excludit.[b] quãuis ačtione furti minime teneantur ſucceſſores. Hinc rečtè Vlpianus lib. 16. ad ed.ſcribit, hæredi furis publicanam non competere, quia vitiorum defunčti ſucceſſor eſt.[c] Idem & in pecorum fœtu obſeruandum eſt quod in partu. Nam & lana omnium furtiuarum, ſi quidem apud furem detonſa eſt,vſucapi non poteſt.

b. L. 4. §. hæres. ff. de vſucap. l. cum hæres. ff. de diuerſ. & temp. præſ.

c. L. ſi ego §. partus. ff. de public. in rem act.

CAPVT 7.



QVòd ſi de bonæ fidei emptore quęratur,mulieris ſeu ancillæ partus à pecorũ fœtu diſtinguendus eſt. Ratio autem poſtulare videtur, vt priore locò de ipſo mulieris partu videamus,deinde de pecorũ fœtu. Quòd igitur ad ancillæ furtiuæ partum attinet, Vlpia-

Vlpianus eodem libro 16.ad ed. Sceuolæ ſententiam refert exiſtimantis aduerſus Marcellum,etiam ſi ancilla apud furem conceperit,vel apud furis hæredem,vſucapi ab hærede diſtractum partum poſſe, nec enim eſſe partum rei furtiuę partem. Cæterùm ſi eſſet pars, nec ſi apud bonæ fidei emptorẽ peperiſſet, vſucapi poſſe.[a] Verùm hæc Sceuolæ ſententia cæteris iuris authoribus, ne Vlpiano quidem ipſi, minimè probatur : Quinimo ſi ancilla ſurripiatur prægnans, vt idem lib. 42. ad Sabinum notat, vel apud furem conceperit,partus furtiuus eſt,ſiue apud furem edatur,ſiue apud bonæ fidei poſſeſſorẽ.[b] atque ideo non vſucapietur Iuliano au‑thore,[c] nec ab ipſo hærede,quia vt modò dicebamus, vitiorum defuncti ſucceſſor eſt,nec ab ipſo bonæ fidei emptore,quoniam conceptus apud hæredem quamlibet ancillam furtiuam ignorantem, rei furtiuæ portio haud dubiè fuit.Partus enim antequam edatur, mulieris portio eſt,vel viſcerum.[d] At ſuſcepta ſemel furti macula non prius deleri poteſt, quàm ea res furti vitio affecta ad dominum redierit,vt poſtea nos ſuo loco demonſtra-

a. L. ſi aliena. §. vlt. ff. de vſuca. l. partum. ff. de verb. ſig.

b. L. qui vas § ſi ancilla. ff de furt. L. ancillæ. C. ill. tit.

c. L. penult. ff. de ſtatu hom.

d. L. 1 § hoc reſcripto. ff. de inſpic. ventre.

bimus. Ex quo apparet non bene Marcellum à Sceuola reprehensum, licet eruditi quidam viri aliter sentiant.

CAPVT 8.



Vin autem si ancillā furtiuā emisti bona fide quòd ex ea natum & apud te cōceptum est, vsucapere possis dubitandū non est.[a] Nō enim est furtiuum,[b] nec rei furtiuæ portio. Itaque cùm vitiosum eius possessionis initium non fuerit, meritò receptum est, vt tanquam separatum quid à matre in eo ius vsucapionis competat: Nec solùm (Iulianus lib. 44. ff. scribit) bonæ fidei emptores, sed & omnes qui possident ex ea causa quam vsucapio sequi solet, partum ancillæ furtiuæ vsu suum faciunt, ídque ratione iuris introductum arbitror. Nam ex qua causa quis ancillā vsucaperet, nisi lex 12. tabularum vel Atinia obstaret, ex ea causa necesse est partum vsucapi, si apud eum conceptus & editus eo tempore fuerit quo furtiuā esse matrem eius ignorabat.[c] Hæc Iulianus, cuius

a L. 2. ff. pro suo.
b. d. §. si ancilla.
c. L. non solum ff. de vsucap.

cuius ſententia ab Vlpiano expreſſa eſt libro 16.ad ed.[d] & à Paulo lib.54.ad ed.cō- d.L.ſi ego. § partus. ff. firmata. De illo, inquit, quæritur ſi ſeruus de public. meus ancillam quam ſurripuit pro liber- in rem act. tate ſua mihi dederit, an partū apud me conceptum vſucapere poſſim? Sabinus & Claſſius nō putant, quia poſſeſſio quā ſeruus vitioſe nactus eſt domino noceat. & hoc verum eſt,[e] partum nempe vſuca- e.d.l.4.§.de pi non poſſe, non ea demū ratione, quòd illo. vitioſa poſſeſſio ſerui domino noceat, vt illi voluerūt. Nocet enim ſemper, ſiue ex peculio, ſiue extra peculiū mala fide ſeruus poſſidere cœperit: [f] Nam & Celſus f.L.2.§.pro- curatorem. ait. Si quod non bona fide ſeruus meus ff.proempt. emerit in pactionem libertatis mihi dederit, non ideo me magis vſucapturum, durare enim primam cauſam poſſeſſionis.[g] Verum enimuero apud Sab. & Caſſ. g.d.l.2.§.ſi partus nullam poſſeſſionem nactus eſt ſeruum. ſeruus. Ideóque non vſucapi eum opinandum eſt, quia antequam editus eſſet, dominus furtiuam matrem eſſe cognouit. Quod vt ita exiſtimare debeamus, quæ ſequuntur in eo Pauli loco exēpla demonſtrant. Nam cum iidem Sab. & Caſſ. ſi vt ſeruum meum manumitterē,

alius mihi furtiuam ancillam dederit,eáque apud me cōceperit & pepererit, vſu me nō capturum putaſſent, idémque fore ſi quis eam mecum permutaſſet, aut in ſolutum dediſſet,item ſi donaſſet,Paulus notauit, ſi antequam pariat alienam eſſe ſcierit emptor, diximus (cum ſuperiorem Sabini & Caſsij ſententiam, quã veram eſſe dixit, latius forte ac fuſius explicuiſſet, quàm à cōpillatoribus noſtris ex eo relatum eſt) non poſſe eum vſucapere, quòd ſi neſcierit poſſe. Secundum quam diſtinctionem ſumēdum eſt,quod Iulianus in hac ipſa ſpecie libro 3. ad Vrſeium ferocem,& lib.2. ad Minutium reſpondit, hunc dominum quaſi emptorẽ partum vſucapere poſſe, quoniam à ſeruo acceptam pro libertate ancillam furtiuam eſſe, ſaltem ante editum partum, non cognouit. Idcirco autem quaſi emptor hic dominus vſucapit, quia res ei abeſt, inquit Iulianus, pro hac muliere,& genere quodammodò vēditio inter ſeruum & dominum contracta eſt,[h] id eſt, accepta à ſeruo ancilla dominium quod in eo habebat à ſe abalienauit,eſtque ſpecies quædam vēditionis inter ſeruum & domi-

h. L.qui ob pactionem. l.ſeruus.ff. pro empt.

dominum contracta (ex qua tanquam ritè ac probè facta posſidet, non autem ex ea poſſeſsione quam ſeruus in ancilla tantummodo habuit) ſi generaliter & latiore ſignificatione venditionis vocabulum accipiamus, vt non tantùm pretium pro re detur, diſtinguatúrq; merx à pretio, ſed vterque emptoris loco ſit, vt in permutatione, quæ vt Ariſto ait vicina eſt emptioni.[1] Lege enim 12. tabularum emptionis venditioníſque verbum ad omnem alienationem porrigebatur, vt nos in libro ſingulari de prohibita rerum alienatione oſtendimus.

i. l. 1. & 2. ff de rei permut.

CAPVT 9.



Vòd ſi iam cum partũ vſucaperet dominus cognouerit alienam eſſe matrem, initiũ vſucapionis intueri debem⁹, ſi cutinemptis rebus placuit.[a] Quarũm quidem rerũm nõ interrumpitur vſucapio, ſi quo tempore eę traduntur emptor putet vendentis eſſe, deinde alienas eſſe cognouerit.[b] Initium enim tantummodo poſſeſsionis ſpectā-

a. d §. de illo
b. d. l. bonæ fidei. §. in contrariũ l. alienam. ff. pro emp.

dum est, vqueadeo vt nõnunquam eueniat, vt non initium præsentis possessionis, sed causam antiquiorem traditionis quæ bonam fidem habuit inspiciamus: veluti circa partum eius mulieris quam bona fide cœpi possidere. Nõ enim ideo minus mihi capietur vsu puer, quòd alienam matrem, nõ tamen furtiuam, priusquam eniteretur esse cognoui.[c] Sed hîc obiter monendi sumus, non traditionis solummodo tempore bonam fidem exigi in rebus emptis, vt vsucapioni locus sit, sed etiam ipsius contractus.[d] Quamuis Sabini & Cassij sententia obtinuerit, traditionis tantum initium considerandum esse, ad hoc vt vsucapio currat, Vlpiano authore in cap. si aliena. ff. de vsucap. cuius capitis interpretationẽ de fæce, vt dicitur, quidam hauriẽs quid in eo quæreretur non animaduertit, neque intelligere potuit vir, tametsi suo iudicio valdè acutus, aliud esse in vsucapione bonam fidem exigi vtroque tempore, & võditionis, & traditionis, aliud eam currere à tempore traditionis tantùm, vt ex dicto Vlpiani capite, aliisque permultis ex locis facilè vel mediocriter in iure

c. L. pen. §. & si possessionis. ff. de vsucap.

d L. 1. ff. pro empt l. eum qui. § vlt. de public. in rem act.

ver-

versati deprehendere possunt,& idoneo magis in loco à nobis fortè dicetur. Quare vt ad Paulum nostrum reuertamur,id ex eius ad Sabinum nota rectè præcipietur,rei furtiuæ partus cœptam semel vsucapionem non interrumpi, si emptor alienam vel etiam furtiuam matrem esse postea resciuerit. Id quod Trebatij quoque authoritate confirmatur, vt Pomp. lib.32.ad Sabinum notat,his verbis,si ancillam furtiuam emisti bona fide quod ex ea natum & apud te conceptum est ita possedisti,vt intra constitutum vsucapionis tempus cognosceres matrem eius furtiuam esse,Trebatius omnimodò putat quod ita possessum esset vsucaptum esse. Quæ Trebatij Paulíque sententia verissima mihi videtur, si cum Pomponij distinctione, quam ipse ad Trebatiū addit,accipiatur. Ego sic puto distinguēdum,inquit ille,vt si nescieris intra statutum vsucapionis tempus cuius id mancipium esset:aut si scieris, neque potueris certiorē dominum facere:aut si potueris quoque & feceris certiorem, vsucapias.[e] sin verò cum scires & posses, non feceris certiorem ; contra sit. Tum enim


e.l. 4. ff. pro suo.

clam poſſediſſe videberis, neque idem & pro ſuo & clam poſsideri poteſt. Etenim pro ſuo poſsidere quis non poteſt, niſi probabili ſaltem errore vel tolerabili ignorantia ſe ſuũ poſsidere exiſtimet, & ex ea cauſa ex qua dominium trãsfertur.[f] Clam verò poſsidere eum dicimus, qui mala fide ac furtiuè ingreſſus eſt in poſſeſsionem, eo ignorante quem ſibi controuerſiam facturum ſuſpicabatur, & ne faceret timebat. Sed & odio furum in propoſita ſpecie clam incipere poſsidere eum dicimus, qui furtiuè matris partum poſsidens cuius id mancipium eſſet cognouit, nec eum certiorẽ fecit, licet aliàs non ratio obtinẽdę poſſeſsionis, ſed origo nanciſcendæ exquirenda ſit.[g]

f L. 1. 2. & vl. ff. pro ſuo.

g L. clã poſſidere. ff. de acq. poſſ. d. l. ſi ancillã.

CAPVT. 10.



SVpra dictis conſequens eſt, vt partus ancillę furtiuę, qui apud bonæ fidei emptorem conceptus eſt, per publicianum iudicium peti poſsit, etiam ſi ab eo qui emit poſſeſſus nõ ſit. Nam & publiciana ei datur qui vſucapere poteſt. Item & ſi ex partu partus eſt, & ſi non natus, ſed poſt

mortem

mortem matris execto ventre eius extractus est[a]. Interdum tamen, inquit Vlpianus, licet furtiua mater distracta non sit, sed donata ignoranti mihi, & ea apud me cōceperit & pepererit, competit mihi in partu publiciana, vt Iulianus ait, si modò eo tempore, quo experiar furtiuam matrem ignorem. Quo in loco deprauatores nostri legēdum præcipiunt (tempore quo & pariat) quod Iulianus editionis tempus duntaxat deside ret[b]. Quod vsquequaque verum non esse ostendimus, & ex dicta Pomponij distinctione satis intelligi potest, in eo præsertim casu, cū emptor cœpta vsucapione cuius mancipium esset resciuit, nec dominum cū posset certiorem fecit. Tum enim interrumpi vsucapionem manifestum est. Ex quo concludendum est, interrupta ea vsucapione actioni publicianæ locum non esse. Nam eam ei demùm competere diximus qui vsucapit. & quāuis in publiciano iudicio eo tēpore quo agitur bonam fidem non desiderari cer tum sit,[c] hoc tamen negari non potest id in ea actione spectari, vt res de qua agitur vsucapi queat, & id à nobis proba-

a d. § partus l traditionē ff de publi. in rem

b d. l. nō solum.

c L. cū qui §. penult. & vlt. ff. de publio. in rem act.

tum eſt. At non procedit quamlibet bona fide cœpta ſemel rei furtiuæ partus vſucapio, ſi poſtea cuius ſit mancipium cognouerimus, nec eũ certiorẽ fecerimus. Vellem autem vt qui iuris noſtri authoribus (vt epicurum Democrito refert Cicero) adiiciunt, non perpauca vt ille, ſed omnia ferè mutantes, ſed ita vt ea quæ corrigere volunt mihi quidem deprauare videantur, interpretatione potius receptam tolerabilémque lectionem iuuarent, quàm eam perire ſinerent, nedum ipſi deprauarent ac corrumperent. Eſt enim temeritatis vel potius ignorantiæ, efficiundi gratia quod velis, bonorum authorum ſcriptis vel detrahere, vel infarcire. Quod deprauandi vitium quanuis in eo reprehendendum miniméque ferendum ſit, qui interpretandi munus ſuſcepit, contemni tamen ab iis poſſet, qui verum inuenire magis quàm tanquam aduerſarium aliquem conuincere videri volunt, niſi ſi incautæ ac imperitæ multitudini magna cũ Reip. iactura imponeret, eóſque etiam ad pugnam reuocaret, à quibus ſe turpiter magna in doctiſsimorum hominum corona victum ſupe-

ſuperatúmque fuiſſe inficiari nõ poteſt. Sed quid vetat rem, vti ea geſta eſt, obiter narrare atque exponere, vt hoc exẽplo id genus homines modeſtiam diſcere velint? Cũ vt in Franc. Balduyni ecdoctoris locum Toloſanus qnidam doctor ſufficeretur, diſputationem à magiſtratibus quodammodò coactus inſtituiſſet, neque tribus aut quatuor obiectis reſiſtere potuiſſet, ſe tandem à G. Aboto captũ iri ac perditum ſenſit, ſi in eum diſputationis campum de cõcurſu actionis præſcriptis verbis cum aliis actionibus ingrederetur, in quem ſecundum propoſitam à ſe theſim inuitus trahebatur. Itaque eius rei metu perculſus, puerorum more à quibus prælectiones minacius exiguntur ſe capite dolere finxit, ínque Franc. Duarenum conuerſus cum horam tantummodo aut ſeſquihoram ad ſummum diſputaſſet placet, mi Duarene, inquit, vt huic diſputationi finem imponã? atque ita è ſuggeſto deſcendit. Qua diſputatione ſic omiſſa, alij atque alij ſermones per vrbem diſperſi ferebantur, dicentibus pleriſque quod ab eo factum eſſet, id ne ferendum quidem eſſe in his quos

olim dupondius vocabant: benè autem cum eo actum esse, quòd quouis modo effecisset, ne cum Aboto cominus congrederetur. Quæ & alia pleraque de se dici ab amicis admonitus, tanquam non suæ potius ignorantiæ culpæque id adscribendum esset, grauem sibi ab Aboto illatam fuisse iniuriā arbitrabatur. Qua in sententia eum vehementer confirmauit, quæ mox subsecuta est eiusdem Aboti disputatio, quam tanto omnium cum applausu & admiratione aliquot dies, vsque donec sese nemo ei disputaturus offerret, produxit, vt si liberum eligendi quem maximè idoneum putarent, antecessoribus arbitrium relinqueretur, hi se eum longè antepositturos esse apertè palámque dicerent. Neque verò ab his solummodò id de eo iudicium fiebat, sed etiam a magistratibus, iuris studiosis, cæterísque ciuitatis ordinibus. Ea res ignorantiæ sibi conscij animum adeò exulcerauit, vt dignitatis eius disputationis labefactādæ iniuriæque vlciscendæ causa, versificatores quosdam, primùm excitauerit, qui doctorem magnum, laudibus in cœlum efferrent, Abotum verò in con

temptionem adducerent: Quinetiam Franc. Duareno, quem vt alterum parentem reuereri, eiúsque authoritate ac consilio niti debebát, maleuolentissimè obtrectarent, quòd in eius doctoris fauorem qui Tolosa patria sua relicta Biturigas venire dignatus erat, vniuersitatis solemnia immutari non pateretur argumento L. ad bestias ff. de pœnis. Deinde ipse post principia stás libris editis (quod gloriosum sanè putat) conquærendum sibi de Aboto putauit, quòd in ea disputatione temeritatis suæ, in deprauando Vlpiani loco de publicis prætorísve seruis, adstipulatoré eum nõ habuerit. Qua de re non est quod aliquid dicam. Probè enim scio eum satis graues pœnas eius temeritatis daturum, si forte eius rapsodiæ in Aboti manus inciderint. Quare illuc vnde diuertimus nobis redeũdum est, & ad gregũ pecorúmque partus veniendũ.

CAPVT II.



Vod de mulieris partu diximus idem & de pecorum fœtu iudicandum est, vt apud furem vel eius hæredem conceptus à quoquam vsucapi nequeat, ne si

quidem apud bonæ fidei emptorem editus fuerit. Etenim semper improbæ cõceptionis vitium impedimento est vsucapioni, quòd ea rei furtiuæ partem efficiat. Malè igitur Marcellus, existimans si bos apud furem conceperit, vel apud furis hæredem, vsucapi ab hærede distractum iuuencum non posse, à Scæuola reprehensus est, vt & nos supra in partu demonstrauimus. tametsi aliis aliter videatur. At si pecorum fœtus apud furem eiúsve hæredem nec concepti, nec editi fuerint, sed apud bonæ fidei emptorem, aliud dicendum erit. Nam ouium fœtus, ait Paulus, sunt in fructu, & ideo ad bonæ fidei emptorẽ pertinent, etiam si prægnãtes vænierint, vel surreptæ sint. [a] vbi quidam apud Paulum ita legũt, etiam si prægnantes vęnierint quę surreptæ sunt, speciosè quidem illi, melior tamen mihi videtur Florẽtina receptáque, lectio, & ad id quod volebat Paulus accommodatior, hoc modo, cum fructus bonæ fidei emptori acquiri ostendisset, siue aliena res esset, quæ tamen vsucapi posset, siue eiusmodi, cuius propter vitium nulla esset vsucapio, vt est furtiua, dubitari po-

a. L. bonæ fidei ff. de acqui. rer. do.

terat,an idem de ouium fœtu iudicandũ esset. Quæstionem faciebat,quòd partus ancillæ bonæ fidei emptoris non fieret, si prægnantem eam emisset vel furtiua esset: diuersa tamen fœtus ratio est. Est enim in fructu. itaque statim ad bonæ fidei emptorẽ pertinet, nec vsucapere necesse habet (in quo ab ancillæ partu differre manifestum est) etiam si oues prægnantes vænierint citra furti vitium, vel etiã furtiuæ sint, dũmodò tamẽ, vt dictũ est, apud furem eiúsve hæredem nõ conceperint. Et sanè quin lac suum faciat bonæ fidei emptor, quanuis oues plenis vberibus vænierint, dubitari non potest. Idémque in lana iuris est, vt apud bonæ fidei emptorem detũsa vsucapi non debeat, sed statim eius fiat. [b] Quod tamen dicimus ouium furtiuarum fœtus apud bonæ fidei emptorem conceptos & editos eius statim fieri, nec vsucapi debere, ita secundum Pauli sententiam accipiendum est, vt consumptione solummodò eius fiãt, nec ad eorum restitutionẽ compellatur. [c] Nam si nondum consumpti sunt, eos restituere cogẽdus erit, nisi vsucœperit. Certum est enim bonæ fidei em

b d.l. bonæ fidei d §. Lana.

c.d.§. Lana.

ptores extantes fructus solēt restituere, post litis autem contestationem vniuersos [d] Idem in lana apud eum detonsa, vt eius statim fiat, nec vsucapere necesse habeat, si eam cōsumere voluerit: & ita putat Franc. Connanus, vir synceri & subtilis iudicij. Quo etiam sensu aduersus Accursiū interpretatur, quod idem Paulus tradit, fructus [f], & partus ancillarum, & fœtus pecorum, si defuncti nō fuerint, vsucapi posse; [e] id est, vt ille vult, si mortui & consumpti non fuerint. Sed ego de rebus furtiuis eo in loco agi, lubens non admiserim. Quare magis esse puto, vt ea Pauli verba interpretemur in hęrede vsucapiēte fructus, partus ancillarum, fœtus pecorum, si defuncti non fuerint, puta quia defunctus ancillam, pecora, aliásve res quarum ij sunt fructus pignori, commodato, in causam depositi, vel alio quouis modò acceperat. Nā vt Pōp. refert, plerique putauerunt, si hæres sim, & putem rem aliquam ex hæreditate esse, quæ non sit, posse me vsucapere. [f] Idē quoque Paulus eodem libro inquit, item quæ ex rebus alieno nomine possessis nata possidemus: veluti partum hæredita-

d. l. certū C. de rei vindic.

e. d. l. 4 §. fructus.

f L. plerique ff. pro hærede.

riæ aut emptæ ancillæ pro nostro posidemus: similiter fructus rei emptæ, aut donatæ aut quæ in hæreditate inuenta est. [g] Sed & si hæres rem defuncto commodatam, aut locatã, vel apud eum depositam existimãs hæreditariam esse bona fide accipienti vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, quin is qui acceperit vsucapere possit, dubium nõ est, quippe cum ea res in furti vitium non ceciderit, cum vtique hæres, qui bona fide, tanquam suam alienauerit, furtũ non committat. Item si is ad quem ancillæ vsufructus (qui Theophilo authore est ἡ ἀπὸ τῆς χειρὸς ἐργασία αὐτῆς καὶ ἡ κτηρεσία) pertinet, partum suum esse credens, vẽdiderit aut donauerit furtum eius non committit. [h] ex quo apparet ociosam esse Accursianorum disputationem, de bona vel mala fide defuncti. Ipsarum autem furtiuarum ouium fœtus apud bonæ fidei emptorem concepos & editos vsucapi posse, vel ex iis quæ à nobis de ancillæ partu relata explicatáque sunt, facilè est intelligere. Sed & ab Vlpiano disertis verbis expressum est, si ancilla furtiua, concepit apud bonæ fidei possessorem ibique pe-

g. L. 2. ff. pro suo.

h. § sed tamẽ de vsuca. in insti.

perit, eueniet vt partus furtiuus non sit, verumetiã vsucapi posit. Idem & in pecudibus seruandum est,& in fœtu earum quod in partu.[i] Quo in loco ἐπανορθωταὶ nostri, ἐπανορθωτέυς dicere debui expediendi negotij causa hunc versiculum negati ue legunt. Non idem & in pecudibus ser uandum est,&c. ne Paulo repugnare videatur Vlpianus. Sed non video quid necesse fuerit Vlpiani cum Paulo conciliandi gratia negationẽ contra omnium exemplarium fidem adiicere. Dicebat enim Paulus agnos seu fœtus ouium furtiuarum apud bonæ fidei emptorem editos eius fieri.[k] Vlpianus verò vbi ostendisset partum ancillæ furtiuæ apud bonæ fidei possessorem conceptum & editum furtiuum non esse addidit, idem & in pecudibus seruãdũ esse, & in fœtu earum quod in partu, vt videlicet furtiua non sint. Quanquã in eo differẽtia est (quam idem Vlpianus consequenter etiam subiecit) quòd ex furtiuis equis nati statim ad bonæ fidei emptorem pertinebunt, & meritò, quia & in fructu numerantur: at partus ancillæ non numeratur in fructu,[l] vt suo loco à nobis deo fauente in

i.d.§.si ancilla.

k.d.§.I ana d.l.bonæ fidei.

l.l. in pecudum.ff. de vsur.l.vetus ff.de vsuf.

commentario ad tit. de vſuris explicabitur. Cæterum ſi ita immutare licebit eadem ratione Pauli locus emendandus erit in d. §. lana, & pro hac particula contra) reponendum erit (idem.)

CAPTT 12.



Vod de rebus furtiuis dictum eſt, idem de ſeruo fugitiuo dicendum. Seruum enim fugitiuum ſui furtũ facere, & ideo non habere locum, nec vſucapionem nec longi temporis præſcriptionem manifeſtum eſt, id eſt, nullo tempore ab eo vſucapi poſſe qui eum apprehenderit.[a] Et quidem, Platone authore, difficilis eſt hominũ poſſeſsio. Solent enim ſerui, etiã leui de cauſa, à dominis ſuis aufugere. Nã poſtquã ait Daniſta apud Plautum,[b] ſunt malum meriti, ſtulta ſibi expetunt conſilia, exercent ſeſe ad curſuram, fugiunt. Quo pertinet quod ſenex ille, apud eundem poëtam,[c] vxorem timens, quid nunc, inquit, agam? neſcio, niſi vt improbos famulos imiter, ac domo fugiam: Nam ſalus nulla eſt ſcapulis ſi domum redeo. Vnde non

a. l. 1. C. de ſer fugit.

b. in muſteli.

c in caſſ.

ſine magna ratione factum eſt, vt furtiuarum rerum exemplo, ſerui quoque fugitiui inhiberetur vſucapio, ne ſeruorum fuga dominis ſuis ex quacunque cauſa fiat damnoſa.[d] Atque ideo rectè Mercurius apud Lucianum iudicat fugitiuos duos, quanquam philoſophiam præ ſe ferentes, dominis reſtitui debere, *μανθάνειν ἃ περὶ τοῦ, τὸν μὲν, ἀποπλύνειν τὰς ῥυπώσας τῶν ὀθονῶν τὸν ληκυθίωνα· τὸν Μυρρινοῦντι δὲ, αὖθις ἀκεῖσθαι τῶν ἱματίων τὰ διεῤῥωγότα, μαλάχῃ γε πρότερον μαστιγωθέντα. ἔπειτα καὶ τοῦτον παραδοθῆναι τοῖς πιλωτοῖς, ὡς ἀπόλοιτο παραπιλούμενος τὰ πρῶτα, ῥυπώσῃ περὶ ἕπη, καὶ γυναικεῖα τῇ πίτλῃ εἶτα εἰς τὸν Αἶμον ἀνακθέντα γυμνὸν, ἐπὶ τῆς χιόνος μένειν συμπεπηδημένον τὼ πόδε.* Quamuis autem videamur ſeruum fugitiuum poſsidere, quòd is quemadmodum aliarum rerum poſſeſsionem interuertere non poteſt, ita nec ſuam quidē poteſt,[e] adeo vt poſſeſsionem per eum acquiramus, ſicut per eos quos in prouincia habemus,[f] nobíſque publiciana competat eius rei nomine quam in fuga à non domino emerit,[g] atque ideo furtum factum nō videatur: ſi tamen ab alio tametſi nō mala fide apprehenſus fuerit, vel pro libero diu ſe geſſerit, vt fecit Spartacus, & iudicium libertate pati, próque ſua libertate litigare

d d.l.1.

e L.rē que. ff.de acq. poſſ.

f L.1.§ per ſeruum ff. ill.tit l.2.§. ſi fugitiuus ff vi.bo. rapt.

g. L.ſi ſeruus.ff.de publi.in rē.

re paratus ſit, tum ſui furtum feciſſe intel ligitur, omniſque nobis perit poſſeſsio.[h] Porrò quemadmodum ancilla fugitiua ſui furtum facere intelligitur, ita partum quoque contrectando furtum facit.[i] Itaque vſu non capietur, ſed domino reſtituendus erit. Ex quo de eo amplius dubitari non poteſt, de quo cõſultum fuiſſe Diodorum Iuriconſ. poëta quidam illudens ait, hoc epigrammate.

[h] h.d.§.per eũ.l.per eũ.§ vlt.l 3.§. ſi ſeruus. ff. de acq. poſ. l.ſi is qui.§. ſi ſeruus. ff. de vſucap.

[i] l. ancilla. ff. de furt.

Ῥήτορα πρὸς Διόδωρον ἀνὴρ δείλαιος ἀπελθὼν
ἤρετο μὲν τοίης ἀμφὶ δικασπολίης
ἡμετέρη θεράπαινα φυγέν ποτε τὴν δέ τις εὑρὼν
ἀλλοτρίην τ' εἶναι λάτειν ἐπιστάμενος
Ζεῦσεν ἑῷ θεράποντι τέκεν δὲ ὑπὸ παῖδας ἐκείνῳ
καὶ τίνι δουλεύειν εἰσὶ δικαιότεροι.
ὃς δ' ὅτε μερμήριξε καὶ ἔδρακε βίβλον ἑκάστην
εἶπεν ἐπιστρέψας γυρὸν ἐπισκύνιον
ἢ σοὶ ἢ τῷ ἑλόντι τεὴν θεράπαιναν ἀνάγκη
Δουλεύειν κείνους ὧν χάριν ἐξερέεις
Δίζεο δ' εὐμενέοντα δικασπόλον, αἶψα δ' ἀπείσῃ
Ψῆφον ἀρειοτέρην εἴγε δίκαια λέγεις.

Quod epigramma Alciatus Latinæ reddidit, his verbis.

Rhetora vir quondam pauper excodoron adiuit,
Sciret vt hac ſpecie quid ſibi iura velint.
Serua mihi aufugit, captam quam repperit olim
Neſcio quis, famulam conſcius eſſe meam:
Atque ſuo iunxit ſeruo, quæ fœta puellos

Edidit, an ne mei pignora iuris erunt?
Ille anceps, raptus per multa volumina, tandem
Sustulit hac vetulum voce supercilium.
Hoc opus est vernas tibi vel seruire, vel illi,
Qui tenet ancillam non sine fraude tuam.
Sed tibi fac iudex, sit amicus dummodò iustam
Causam habeas, pũctum protinus omne feres.

CAPVT 13.

ATque hęc à nobis de priori legis Atiniæ capite dicta sint. Alterũ exceptionẽ quãdam addit, quæ in legibus duodecim tabularũ prætermissa erat, hoc modo.

Quod surreptum erit eius æterna authoritas esto, nisi in potestatem eius cui surrepta erit reuertatur.

Cuius equidem exceptionis addẽdæ gratia solummodo, lata fuisse videtur lex Atinia. Nec obstat quòd eius nomine vtrumque caput contineatur, imò etiam Gellius prius tantùm complectatur. Nã huius adiiciendæ causa necesse fuit id repetere, quod in legibus 12. tabularum iã

multis

multis ante annis fuerat constitutum. Quod autem, ait Paulus, dicit lex Atinia vt furtiua res non vsucapiatur, nisi in potestatem eius cui surrepta est reuertatur, sic acceptum est, vt in potestatem domini debeat reuerti, non in eius vtique cui subrepra est. Igitur creditori subrepta, & ei cui commodata est in potestatem domini redire debet.[a] Sic lex Iulia repetundarum eius impedit vsucapionem quod proconsuli vel prætori donatum fuerit, priusquam in potestatem eius à quo profecta res sit hæredísve eius veniat, vt idẽ Paulus eodem in libro 54. ad ed. notat.[b] Item quod vi possessum raptúmve est, antequam in potestatem domini hæredísve eius perueniat, vsucapi lex Iulia & Plautia vetat.[c]

a L. 4. §. q̃d autem ff. de vsucap. l. si abducta. C. de fur. l. sciens. C. pro empt.

b. L. penult. ff ad l. Iul. repet.

c L. vlt ff. vi bo. rapt l. non solum. § si dñs de vsu. l. si partem. C. de furt.

CAPVT 14.



Qvanuis res furtiua nisi ad dominum redierit vsucapi non possit, tamen si eo nomine lis æstimata fuerit, vel furi dominus eam vendiderit, nõ interpellari iam vsucapionis ius dicendum est, licet cor-

poraliter eius possessionem non sit nactus. Idem dicendum est, etiam si voluntate mea alij tradita sit.[a] Est enim purgatum furti vitiũ. Ideóque à quolibet bonæ fidei possessore vsucapietur. Fur autem ipse, ait Pomponius, qui rẽ furtiuam à domino emerit, & pro tradita habuerit, desinet pro furtiua possidere, & incipiet pro suo possidere,[b] vti ea possidemus quę mari, terra, cœlo capimus, aut quæ alluuione fluminum nostra fiunt.[c] Non enim pro emptore, aut alio titulo vsucapere necesse habebit, cũ à verò domino emerit: licet alij hæc Pomponij verba de bonę fidei possessore dicta tradant quòd res furtiua in domini potestatem rediisse videatur, si bonæ fidei possessor, cui subrepta fuerat, eius possessionem nactus fuerit, aut fur eo nomine litis æstimationem ei præstiterit: quemadmodum si ab eo emero quem vi deieci, vel precario rogauero, desinit res vi possessa esse, & incipere etiam pro emptore possum dominium capere:[d] tanquam restituta ei possessione qui vi de ea deiectus fuerat. Sed & si bona fide rem meam emeris, eámque ego surripuero, vsucapio quasi

a. d. l. 4 §. tunc autem l. quamuis 86. ff. de fur.

b L. si fur. §. ff. de vsuca.

c. L. 2 ff. pro suo.

d. L. certè. §. Iulianus. ff. de preca.

quasi furtiuæ rei non impedietur, quoniam & si alius surripiat, & in meam potestatem reuersa res fuerit, vsucapietur,[e] si ea ad quemcunque bonæ fidei possessorem postea peruenerit. Item si rem pignori datam debitor surripuerit & vendiderit, vsucapi eam posse Cassius scribit, quia in potestatem domini videtur peruenisse qui pignori dedit, quamuis cum eo furti agi potest. Quæ Cassij sententia Paulo verior videtur,[f] & Modestinus quoque refert, de vsucapione quidē eo casu fuisse dubitatum, sed verius esse ait vtiliter cedere tēpora vsucapionis.[g] Neque contrarium est, quod Philippus Imperator rescripsit, cum sit probatum rem pignori fuisse obligatam, & postea à debitore distractam, palam est non potuisse eum quasi furtiuam vsucapi:[h] si in eius rescripti effingenda specie dominū in gratiam debitoris obligationi rei suæ consensisse secundum Accursij sententiā intellexerimus, deinde eam à debitore distractam, eo enim casu ex lege Atinia vsucapio tāquam rei furtiuæ inhibita est, cum non proponatur eam in domini potestatem rediisse. Sed nec iis quæ à nobis

e L. cum 26. §. 1. ff. de furt.

f d. l. 4 § si rem pignori.

g l. si rem. ff. pro emp.

h L. cum sit probatum. C. pro emp.

dicta sunt repugnat, quod idem Paulus ad labeonẽ notat, si quod mihi pignori dederis surripueris, erit ea res furtiua facta, sed simul atque in meam potestatem venerit, vsucapi poterit.[i] Nam cum ait, rem à debitore surreptam furtiuam factam esse, verum illud quidem est, sed simul atque furtum factum est, id etiam purgatum, quantũ ad vsucapionem attinet, intelligitur, nec necesse est vt in alterius, creditoris nempe, potestatem perueniat. Nam si alius creditori surriperet, non sufficeret eam in creditoris potestatem redire,[k] vt supra ex eodem Paulo dicebamus (Qui Pauli locus eorum sententiam cõfutat, qui illud semper extra omnem controuersiam fuisse asserunt, pignus vsucapi posse quod in creditoris potestatem rediisset) proinde cum subiungit, sed simul atque in meam, id est, creditoris potestatem peruenerit, vsucapi posse, id ab eo dubitanter contradicendíque studio (quo vitio nonnũquam laborant iureconsulti) dictum est. Dicebat enim labeo furtiuam rem non posse vsucapi, nisi reuersa sit in potestatem domini, quod verum esse docet lex

i. l. vlt. ff. pro sol.

k. d. §. quod autem.

Atinia,Paulus verò commentus eſt rem furtiuam quæ vſucapi poſsit, tametſi in poteſtatem domini non redierit, quod falſum eſt,etenim ad eum rediit qui pignori dederat, licet poſtea ad creditorẽ peruenerit, quod perinde eſt ac ſi debitor eam rem alij diſtraxiſſet. Nihil enim refert à debitore alij poſtea diſtrahatur, an ad creditorem perueniat. Non ſum neſcius hæc ſubtilius explicari tractaríque poſſe,ne ſibiipſi pugnãtia aut φιλονεικῶς magis quàm verè dixiſſe Paulus videatur,ſed,ne ſi quidem mihi cæteri mortales offendendi ſint,pernicioſam vanámque ſubtilitatem ſimplicitati ac veritati nunquam anteponam.

CAPVT 15.

SEd de eo quæſitũ eſt,quando res in poteſtatẽ domini reuerſa dicatur?Et Paulus libro ſing. ad legẽ Fuſ. Can. Sabini & Caſsij ſententiam refert exiſtimantiũ, in lege Atinia in poteſtatem domini rem furtiuam veniſſe videri,& ſi eius vindicandæ pote

ſtatem habuerit: [a] à quorum ſententia lib. 54. ad ed. recedere videtur (licet aliter vulgò interpretentur.) Tunc, inquit, in poteſtatem domini rediiſſe dicēdum eſt, cum poſſeſsionem eius nactus ſit, vt iuſtè auelli non poſsit.[b] Nam deſinere abeſſe res tunc videtur, vt tradit Vlpianus, cum ſic rediit in poteſtatem, ne amittere eius poſſeſsionem poſsimus, ob hoc quòd furto pridem ſubtracta eſt.[c] Si enim poſſeſsionem nactus eſt ita, vt eam retinere non poſsit, non videtur eam adeptus eſſe:[d] veluti ſi dominus fundi poſſeſsorem vi deiecerit, Caſsius ait, nō videri in poteſtatem eius rediiſſe, quando interdicto vnde vi reſtituturus ſit poſſeſsionem,[e] ſicuti interdictum vnde vi tibi vtile erit, ſi ego te vi deiecero: illico tu me, deinde ego te.[f] Sed & his caſibus poſſeſsionem per triticianā condici poſſe Celſus ait.[g] hoc tamen quod dicitur, non rediiſſe in poteſtatem domini quando dominus vi poſſeſſorem deiecit, ita demum verum eſt, ſi is qui vim intulit ex interuallo repellatur ac deiiciatur. Nam qui poſſeſsionem vi ereptam in ipſo congreſſu, ſeu ex conti-

nenti

a L. poteſtatis ff. de ver. ſig.

b d. l. 4. §. tūc autem.

c L. mulieris. ff. de ver. ſig.

d L. non videtur ff. de acq. poſſ.

e §. recuperandæ de interd. in inſtit. | d. l. 4. §. ſi tu vi. l. 1. §. qui à me vi. ff. de vi & vi arm. l. non videtur cœpiſſe. ff. de re. iur.

f L. qui poſſeſsionem ff. de vi & vi arm.

g L. 1. & 2. ff. de condict. tritic.

nenti recipit, in priſtinam cauſam reuerti potius quàm vi poſsidere intelligendus eſt.[h] Idem in re furtiua dicẽdum, vt ſi dominus eam furi vel eius hæredi per vim abſtulerit, in eius poteſtatem rediiſſe non videatur, quando interdicto vtili & condictione triticiana ad eius poſſeſsionis reſtitutionẽ teneatur, vt à nonnullis traditum eſt. Cui conueniens eſſe volunt, ſi ſciens dominus rem furtiuam ſponte ab eo receperit qui poſſeſſori abſtulerat, poſſeſsionem ei qui poſsidebat eũ reſtituere debere.[i] Sed ei quod dicimus, tunc rem furtiuã in domini poteſtatem rediiſſe, cum iuſtè poſſeſsio auelli non poteſt, contrarium videtur, quod nos modò dicebamus, ſi rem pignori datam debitor ſurripuerit in poteſtatẽ domini videri perueniſſe. Nam certi iuris eſt, cum debitorem & furti, & condictione creditori teneri.[k] Verùm meminiſſe debemus, non propterea iuſtè poſſeſsionem ab eo auelli, cum creditor ipſe pignori tantùm incumbat, nõ autem poſſideat. Pro alieno enim poſsidet, id eſt, debitoris nomine, & ideo non vſucapit rem pignori acceptam.[l] Quinimo ſi pi-

h L. 3 § eũ igitur. d. l. qui poſſeſſionem. ff. de vi & vi arm.

i Arg. c. ſæpe ex de reſtit. ſpol.

k. l. ſi. pignore ff. de pig act d. §. ſi pignori.

l L. pignori. ff. d: vſuca.

m L. si pignore ff. de furt. gnore vtatur furti tenetur.[m] Alia ratio est in interdicto vnde vi, per quod is qui possessionem alteri vi abstulit eam ei restituere debet: quinimo dominiũ rei suę amittit, quòd in tantam furoris percreuerit audaciam, vt ante aduentum iudicialis arbitrij, vt loquũtur Impp. eam rem violenter inuaserit, in eámque sibi ipse

n d. l. si quis in tãtam C vnd. vi. l. extat ff. de eo quod metus ius dixerit.[n] Id quod summa ratione constitutum est. nam & in Deuteronomio is cui quid debetur vetatur debitoris do

o. cap. 24. mum ingredi, vt pignus auferat:[o] quanquam Philo scribit Hebræos plurimùm prædæ ob perpetuam ministerij mercedem patrocinio iuris fretos Egyptiis ab-

p lib. j. de vita mosis. stulisse.[p]

CAPVT 16.



Llud etiam secũdo loco notandum est, vt res furtiua in domini potestatem rediisse videatur, oportere vt dominus non ignorauerit, eam rẽ sibi surreptam fuisse, & tanquam suã recipiat. Nam si ignorans rem mihi surre-

a. d. §. tũc in potestatem. ptam emam, non videtur in potestatem meam reuersa, quãuis eam possideam.[a]

Si igi-

Si igitur ſeruum qui tibi ſurreptus erat ignoranti tibi tuum eſſe pignori dedero, & ſoluta pecunia eum Titio vendidero, Titius vſucapere nõ poteſt.[b] Vſqueadeo vt ſi rem mihi ſurreptã procurator meus apprehenderit, quamuis per procuratorem poſſeſsionem adipiſci nos iam ferè conueniat, nihilomagis eam in poteſtatẽ meam rediiſſe vſúque capi poſſe exiſtimandum ſit, quia cõtra ſtatui captioſum erit.[c] Ex quo rectè colligitur, non idcirco in poteſtatem noſtram rem rediiſſe dici, quòd eam poſsideamus. Labeo tamẽ ait, ſi rem quam apud te depoſueram lucrifaciendi cauſa vendideris, deinde ex pœnitentia redemeris, & eodem ſtatu habeas, ſiue ignorante me, ſiue ſciente ea geſta ſunt, videri in poteſtatem meam rediiſſe ſecundum Proculi ſententiam: quæ & vera eſt.[d] Nam cum tu me inſcio poſſeſsionem, ſine qua non procedit vſucapio, interuerteris, ea reſtituta videtur, vſúque capio procedit, etſi me ignorante redemeris. Quòd ſi me ſciente vendideris, te quoque eam redemiſſe à me non ignorari oportet.[e] Neque Labeonis ſentẽtiam oppugnat, quòd ea re

b L. qui fundum. § furtiua. ff pro empt. l. ſi ad dominum 88 ff. de furt.

c L. ſi rẽ. ff. de vſucap.

d d l. 4. §. idẽ Labeo.

e arg d. l. 4 §. Labeo quoq; verſ. ideóque.

quam in causam depositi redemisti, etiã sine dolo malo postea perempta, depositi tenearis, quia semel dolum fecisti cum venderes:[f] qui dolus non redemptione rei, sed eius restitutione purgatur. Itaque rem domino restitui oportet, vt depositi actio, in qua doli ratio habetur, competere desinat. Sed nec fur esse desinis, etiã si mutato consilio rem alienam, quam lucrifaciendi animo contrectauisti, domino postea reddideris. Nemo enim tali peccato pœnitentia sua nocens esse desiit.[g] Sed nec illud repugnat quod Paulus scribit, rem ei cui commodata, aut pignori opposita est surreptam in potestatem domini redire debere.[h] Non enim commodatarius ipse, aut creditor rem lucrifaciendi animo vendidit, sed extraneus ei furto abstulit: Cæterùm idem respondendum esset, quod de eo apud quem res deposita est, Labeo dixit. Quod autẽ ex Labeone de eo dictum est, qui rem apud se depositam vendiderat, deinde redemerat, idem quoque Labeo in re peculiari serui constituit, vt si ea ab extraneo surrepta sit ignorante domino, deinde eam nactus sit seruus, in potestatem domi-

f L. 1. § si rẽ. ff. depos.

g L. qui ea mente 67. ff. de furt.

h d. §. quod autem vers. igitur. l. si ad dominũ. ff. de furt.

domini ea rediisse videatur.[i] Ideóque sol uitur furti vitium, & incipit hoc casu in peculio esse, & à domino posſideri, Iuliano authore.[k] Nam & ignorátes, earum rerũ quas peculiariter tenent serui posſesſioné per eos acquirimus, sicut Sabino, & Casſio, & Iuliano placuit, quia nostra voluntate intelliguntur posſidere, quòd eis peculiũ habere permiſerimus: [l] Idque vtilitatis causa iure singulari rece ptum: ne cogerentur domini per momenta species & causas peculiorum inquirere. [m] Sed ei Labeonis sententię Paulus adiicit, commodius dicitur, etiam si cicero, & eam nactus sit seruus, rediisse eã in meam potestatem. Nec enim sufficit, si eam rem, quam perdidit, ignorante me seruus meus apprehendat, si modò in peculio eam esse volui, id est, quo casu peculiarem rem apud eum remanere volui. Nam si nolui, sed adempto forte peculio meo nomine posſidere volui: tunc exigendum est, vt & ego facultatem eius nactus sim.[n] Cum autem non extraneus, sed seruus ipse rem suam peculiarem furandi consilio amouet, quandiu eam retinet, conditio eius non mutatur, nihil

i d.l. 4 §. Labeo quoq;.

k l. interdũ §. si res. ff. de furt.

l L. 1. §. item acquirimus ff de acq. pos.

m L. peregrè. §. 1. ff. ill. tit. l 2. §. per procuratorem ff. pro empt.


n d § Labeo quoq;.

cum domino abeſt, ſed ſi alij tradiderit, furtum faciet.[o] At ſi ſeruus meus non rẽ peculiarem, ſed meam mihi ſurripuerit, deinde eandem ſuo loco reponat, poterit vſucapi, quaſi in poteſtatem meam redierit: vtique ſi neſciui. Nam ſi ſciui exigimus, vt rediiſſe ſciam in meam poteſtatem. Quòd ſi non ſuo quidem loco reponat, ſed peculiari nomine teneat, non videri in poteſtatem meam reuerſam Pomponius ait, niſi habere cœperimus, quemadmodum habuimus antequam ſurriperetur, aut cum reſciſſemus, in peculio eum habere conceſſerimus.[p]

o d. l. ſterdũ §. cum autẽ.

p d. § Labeo quoq;.

CAPVT 17.



Oſtremò monẽdi ſumus in re pupillo ſurrepta ſufficere, ſi tutor eius ſciat rediiſſe eã in domum pupilli, & ſi furioſo ſufficere curatores ſcire,[a] quia domini loco habentur eiúſque perſonam ſuſtinent[b] Non ea ratione quòd diuus Paulus ad Galatas ſcribẽs dicit, hæredem puerum, qui diu ſub tutoribus eſt, nihil à ſeruo differre, ſed propter eius iudicij mẽtíſque

a d. l. 4 §. ſi pupilli.

b d. l. interdum § qui tutelam.

imbecillitatem. Cui consequens esse videtur, hoc idem in adolescentis curatore dicendum non esse, aut in eo pupillo qui pubertati iam proximus, atque ideo doli capax est. Intellectum enim habent. [c] Quòd si tutor ipse rem pupilli surripuerit & vendiderit, vsucapio non contingit, priusquam res in potestatem pupilli redeat. Nam tutor in re pupilli tunc domini loco habetur, cum tutelam administrat, non cum pupillum spoliat. [d] Administrationem quidem rerum pupillarium habet, intercipiēdi autem potestas ei non datur. [e] Quod in tutore scriptum est, idem erit sequendum & in curatore adolescentis, cæterísque curatoribus, nec id consyderamus, sciuerint rē quam furto abstulerunt in domum pupilli, furiosi, adolescentis rediisse, necne. Ex his illud sequi videtur furti purgato vitio rem pupilli vsucapi posse. In contrarium tamen me vocat, quod Paulus lib. 15. ad Plautiū scribit, si communem fundum ego & pupillus haberemus, licet vterque non vteretur, tamen propter pupillum & me omnia retinere: [f] & quod lib. 7. ad eundem Plautium apertè definiit, res pupilli lon-

c. arg. l. 4. §. quæ in tutore. ff. de excep. doli.

d L. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empt.

e L. tutor. ff. de furt.

f L. si communem ff. quemad. seruit. amit.

go tempore vsucapi non posse. [g] Item quod Philippus imp. rescripsit, eum qui à pupillo sine tutoris authoritate distrahẽte comparauit, nullum temporis longi spacium defendit. [h] Quod ius ab Attico ignoratũ fuisse miratur Cicero, [i] De Tadiana re, inquit, mecum Tadius locutus est te ita scripsisse, nihil esse iam quod laboraretur, quoniam hæreditas vsucapta esset, id mirabamur te ignorare, de tutela legitima, in qua dicitur esse pupilla, nihil vsucapi posse. Neq; aduersatur quod celsus ait, si is qui pro tutore negotia gerebat, cum tutor non esset, rem pupilli vendiderit, nec res ea vsucapta est, petet eam pupillus quanquam ei cautum est. [k] Nam non inde consequens est dicere, rem pupilli vsucapi posse, quamuis Vlpianus in eadem specie dicat, exceptionem non nocere pupillo rem suã persequenti, si is qui pro tutore negotia gerebat rem vendiderit & vsucapta sit, quia huic rerum pupilli administratio concessa nõ fuerit. [l] Non enim translatum dominium per vsucapionem intelligit Vlpianus, sed hoc tantum eum καταχρηστικῶς sensisse, præter aliorum opinionem existimo, pupillum

g L. bonæ fidei ff de acq rei do.

h L. eũ qui. C. pro emp.

i Lib. 1. epi. ad Att.

k L. 2. ff. de eo qui pro tut.

l L. apud Celsum. §. si quis non tutor ff. de excep. doli.

lum rem suam petere posse, etiam si tantùm temporis effluxerit quo compleri posset, nec eum exceptione summouendum esse. Ex quo liquidò constat, nihil necesse fuisse, negationem ad Vlpiani cõtextum addere, vt à nostris correctoribus factum est: Qui etiã hallucinati sunt in eius explicatione quod Paulus lib. 54. ad ed. scribit, si à pupillo emero sine tutoris authoritate, quem puberem esse putem, dicimus vsucapionem sequi: vt hic plus sit in re, quã in existimatione.[m] Quo tamen nihil expeditius aut facilius esse potest, si ex Accursij sententia pupillum hoc in loco rem alienam, non suam distrahere intellexerimus. Ea enim aduersus dominum vsucapietur, non autem aduersus pupillum: vt hîc plus sit in re, id est, ex eo magis procedat vsucapio, quòd ea res aliena sit, & vsucapioni obnoxia, quàm in existimatione, id est quam impediat ex eo quòd eam per errorem puberis esse credam, qui tamen pupillus sit. Sic enim legendum est, vt in Florentinis libris, & passim in vulgaribus exemplaribus legitur: tametsi speciosa sit hæc illorum μετάθεσις, vt plus sit in existimatione

m. l. 2 § si à pupillo ff. pro empt.

quàm in re. Quòd si sciam pupillum esse, putem tamen pupillis licere res suas sine tutoris authoritate administrare: non capiam vsu eam rem quam mihi pupillus vendidit: quia iuris error nulli prodest. Item si à furioso, quem putem sanæ mẽtis, rem alienam emero, quamuis stricto iure nulla sit emptio, deficiente consensu, & ideo neque de euictione actio ipso iure nascatur mihi, nec publiciana cõpetat; nec accessio possessionis, vtilitate tamen suadente tandem receptum est, me vsucapere posse [n] ergo & publiciana competet; & possessionis accessione vti licebit. [o] Proinde credendum non est, ea verba apud Paulum (publiciana competit) suppositicia esse, vt iidem deprauatores putauerunt. Sed pudet me toties in tam fœtido stabulo repurgando distineri.

n. d §. si a pupillo l. si pignori §. ff. de vsucap.
o L. eũ qui ff de public. in rem act.

FINIS.

ADRIANI PVLVAEI LL. DOctoris, & in ſuprema Curia Aduocati.

De rei alienæ diſtractione,

Liber ſingularis.


Ad clariſsimum virum Ægidium Bourdinum, generalem in ampliſsimo ordine Regis Procuratorem.



PARISIIS,
Apud Vincentium Sertenas, ad Palatium Regium, via quà itur ad Cancellariam, Et in via noua diuæ Mariæ, ſub inſigni S. Ioannis Euangeliſtæ.
1558.
CVM PRIVILEGIO.



CLARISSIMO VIRO, AEGIDIO BOVRDINO, GENErali in amplissimo ordine procuratori, Adrianus Pulvæus. S. D.



OLENT, clarissimè Bourdine, ij qui muneribus amicitias vel sibi conciliare, vel iam partas retinere ac conseruare volũt, id solicitè diligentérque cauere, ne si earum rerũ copia quas donaturi sunt ij affluxerint, quorũ beneuolentiam fauorémque captant, vile minusq́; gratum habeatur munus. Itaque ea mittunt quæ sua raritate id apud illos cõmendant & augeãt. Ego autẽ ea cautione apud doctrinis & ingeniis

instructos abūdantésque homines opus esse minimè puto, si quid è penu literaria eis detur aut mittatur: Imò quò quisque eorum est doctior, plurimísque & grauißimis artibus ornatior, eò aduersùm illum gratiora esse arbitror, quæ à doctrinarum studiosis mittuntur munera. Mitto igitur ad te hisce strenis, si non literatum, ac certè literarium munusculum. Quod tu eô lubentius, spero, suscipies, quòd cum omni alia quanis doctrina liberali, tum maximè his legalibus studiis vsuq; forensi ita excellas, vt post aduocationem regiam à te honorificè administratam, procuratio quoque regni in amplißimo ordine tibi fuerit cōmissa. Quo in munere ita te tractas, vt cum gratiæ causa nihil facias, omnia tamen optimis quibúsque sint grata quæ facis. Vale Kal. Ianuarij. 1557.

SVMMA

SVMMA EORVM QVÆ
in hoc libello continentur.

Caput 1.



Va ratione à veteribus prudẽtibus de rei alienæ distractione sit disputatum.

Caput 2.

RES alienas, vtilitate publica suadẽte, à principe, rep. vel magistratu posse distrahi, earum demum vero iustóque persoluto pretio.

Non exigente verò vtilitate, ne pretiò quidem oblato, minimè licere principi eas sibi sumere ac vsurpare, nedum alij distrahere.

Id quod exemplis è sacris literis petitis ostenditur.

Aliud constituendum esse in agris arcifiniis.

Et explicatæ l.item si verberatum.§.1. ff.de re vind.l.Lucius.ff. de euict. præter aliorum opinionem.

Caput 3.

A Priuatis quoque rei alienæ factã distractionem valere.

Cuius noua redditur ratio.

Caput 4.

CONsequens esse, vt rei communis alienatio in solidum valeat, antequã communi diuidundo iudicium dictetur.

Idem in familiæ erciscundæ iudicio admittendum esse.

Et confutata Accursij opinio.

Post dictatum verò iudicium voluntarias, non autem necessarias alienationes interdictas esse.

Ideo quòd res litigiosi vitio sit affecta.

Hanc prohibitionem locum non habere, si de dote danda agatur.

Caput 5.

SVpradictis cõsentaneum esse, res alienas commodari, deponi locari, in solutum dari posse.

Caput 6.

SEd vt seruitutes ab alio quàm à domino imponi non possunt, ita nec ius pignoris in re aliena aut cõmuni constitui posse, ad hoc vt socij pars obligetur.

Adeò vt ne fiscus quidem rem alienã pignori supponere queat.

Quamuis contraria sentẽtia vulgò recepta sit.

Caput

Caput 7.

SEd nec alieno seruo libertatem dari posse.

Ne ab hærede quidem, seruo sub conditione legato, etsi pendente conditione pleno iure dominium serui habeat.

Et explicata l. quidam. §. si quis filium. ff, ad Trebell.

Adeo vt, quamuis postea manumissor domino hæres extiterit, non teneat manumissio.

Et conciliatæ l. si seruo. ff. qui & à quib. l. mulier. §. 1. ff. de condit. instit.

Sed nec hæredis seruo directa libertas à testatore dari potest.

Licet eam in fideicommissariam transire contrà receptam sententiam probabiliter defendi posit.

Secundum quæ præter aliorum opinionem sumenda esset. l. si seruus. §. si seruus. ff. de leg. 1.

Ex his illud manasse videtur, vt seruus alienus purè inutiliter detur tutor, sed ita, cum liber erit.

Et enucleatæ. l. & si non adscripta. C. de fideicom. libert. §. seruus. §. sed sciendum qui tut. test. in instit.

Quæ de alieni serui manumiſsione di cta ſunt intelligenda eſſe, niſi vnus ex dominis ſerui communis libertatem impo nere voluerit.

Caput 8.

POſtremò notandum eſſe, res alienas legari poſſe, modò earum ſit commercium, earúmque conditionem nō ignorauerit defunctus.

Item res communes, niſi teſtator, nulla adiecta portione, meas nominauerit.

Caput 9.

EFfectum autem huiuſce rei alienæ diſtractionis eſſe, vt vſucapiendi ſolam conditionem transferat venditor.

Aliter atque in eo qui ſtipulanti ſpopondit, & qui pretium debet.

Hi enim neceſſe habent ſtipulatorem & venditorem dominos efficere.

Cuius diuerſitatis redditur ratio.

Caput 10.

EX quo conſequitur, licere domino rē ſuam adhuc extantem nec vſucaptā vindicare.

Et obiter declaratæ. l. 2. C. de reb. alien. l. vlt. C. plus val. l. fideiuſſor. §. 1. ff. de fideiuſſ. l. Caius. ff. de pig. act.

Caput 11.

IDque adeò verum esse, vt ne pretium quidem emptori solui aut offerri à domino vendicante debeat.

Nisi id in eius vtilitatem sit versum.

Et declaratæ.l.emptor.l.sumptus.ff. de rei vind.l.1.C.si vend.pig.

Caput 12.

SVpra dictis conuenire, vt re communi distracta vel pignori data ea pro parte vindicetur, si extat nec vsucapta est.

Caput 13.

ITem vt domino seruũ suũ ab alio manumissum in seruitutẽ reuocare liceat.

Caput 14.

SCiendum tamen esse, dominum furti alligari, si rem suam ab alio distractam surripiat, & possidentis intersit retinere possessionem.

Hanc rei suæ vindicationem multis casibusq; cessare.

Primò si fiscus, Augustus, vel Augusta rem alienam vel communẽ distraxerint.

Eo enim casu emptor statim secur⁹ est, aduersus autẽ ærariũ vsque ad quadriennium tantũ dominis pro dominio vel hypotheca rerũ suarũ reseruatis actionibus,

Quo priuilegio non vtentur in ea re cõmuni, quę idcirco eis cum altero communis est, quòd eius antea partem distraxissent.

Caput .15.

SEcundò cessat re ab eo distracta qui ius alienandi habuit.

Veluti si creditor iure pignoris distraxerit.

Excipiendum esse casum. l. vlt. §. quatuor. ff. de leg. 2.

Caput 16.

ET si pater liberorum alendorum, vel æris alieni dissoluendi causa eorum res alienauerit vel pignori supposuerit.

Caput 17.

TErtiò non procedit, si quis succedat rei suæ venditori.

Et explicata l. 3. C. de reb. alien.

Caput 18.

QVartò locum non habet, si is qui alienauit vindicet, quamuis alio iure dominium quæsierit.

Idem dicendum, si is qui apud emptorem pro venditore fideiussit eam rem sibi quæsitam vindicet.

Et confutata quorundam opinio.

Sed

Sed & in fideiussoris hærede idem admit tendum esse.

Licet contra sentiant.

Et explicata l. vlt. C. de euict. præter aliorum opinionem.

Caput 19.

QVintò non procedit re vsucapta vel perempta.

Et obiter explicata l. si quis conductio nis C. loc. præter aliorum opinionem.

Caput 20.

SEd & si vsucapta fuerit vel perempta, venditorem ad pretij restitutionem compellendum esse.

Siue ex lucratiua causa siue ex onerosa id sit consecutus, si dominus quod gestum est ratum habuerit.

Quamuis nonnulli hoc casu putent, nunquam pretium condici posse.

Et summota l. proculus ff. de iure dot. & l. Iulianus ff. de rei vind.

Caput 21.

EMptori autem re euicta id præstandũ esse quod conuenit.

Quòd si nihil conuenit ad pretium & ad id quod interest actionẽ competere.

Nisi conuentione euictionis periculũ

ſit remiſſum.

Eo enim caſu pretium ſolum cõdicendum,non autem vtilitas ſeu id quod intereſt ab ignorante rem alienam venditore petendum.

Caput. 22.

OBſeruandum tamen poſt longi temporis præſcriptionem deſinere venditorem de euictione teneri.

Et explicata l.empti actio C. de euict.

Idem dicẽdum ſi emptor rẽ pro derelicto habuerit, vel cõpromiſerit & victus fuerit,aut eius culpa res ablata fuerit.

Caput 23.

QVę de emptore dicta ſunt procedũt, ſi rem alienam bona fide emerit.

Nam ſcienti rem alienam vel obligatam denegatur regreſſus ad vẽditorem.

Niſi ſtipulatus fuerit.

Et explicata l.vlt. §.vlt. C. com.de leg.

Caput 24.

VEnditor autem ſciens , omnia detrimẽta præſtabit quæ traxerit emptor.

Et ſi adiectum ſit , ne quid eo nomine præſtet.

Dolum enim malum ſemper abeſſe oportet.

Quin-

Quinimò priusquam res enucatur vtilis ex empto dabitur actio.

Licet alias re nondum euicta non competat.

Caput 25.

QVòd si & emptor & venditor sciuerint verius est, inuicem de dolo nõ acturos.

Caput 26.

POstremò sciendum est creditori quoque de euictione actionem competere re aliena quam pignori accepit euicta.

Et conciliatæ l. rem alienam ff. de. pig. act. & l. si Titio ff. de pignor.



ADRIANI PVLVÆI LL. DOCTORIS, ET IN SVprema curia aduocati, de rei alienæ distractione, Liber singularis.

Caput I.



T hæc rei alienæ distrahendæ ratio, de qua me in libello de prohibita rerũ alienatione dicturũ esse proposui, cõmodius pleniúsq; intelligatur, altius repetendum est quod M. Tullius ait, [a] priuata nulla natura fuisse, sed omnium rerum vsum proprietatémque fuisse promiscuam, sed homines cum casulis & collibus (quibus contenti diu politias ignorarunt, vt idem Cicero tradit [b]) relictis ciuitates habere cœperunt, ab ea communione recessisse: quam com-

a. lib. 1. off.

b. lib. 1. de legib.

munionem, ne inter duos quidem, sine iurgio durare posse prudentes veteres crediderunt: [c] nedum Platonicæ communitatis legem vtilem esse Reip. iudicarunt. Itaque vrgente necessitate dominia rerum distincta sunt, & vt quod cuiusque factum esset eorum quæ natura fuerant communia, & quod cuique obtigisset, id quisque teneret, agris termini positi sunt [d] (quos terminos sacros deósque vocatos fuisse, pœnámque sacrilegij aduersus eos propositam qui violassent vel pepulissent scribit Dionysius. [e] Gliscēte porrò hominum malitia, quòd quis plus sibi appetendo violaret ius societatis, vsu & experientia edocti sunt prisci illi sapientes hanc humani generis societatem à diis constitutam, ob dissensiones, bella, cædes quæ inter homines orirentur, diutius retineri nō posse, si aliena inuadendi auferendíque potestas impiis hominibus concederetur: & si, vt apud Platonem. [f] Ille dicebat, ea quæ ab hominibus posſidentur illius essent qui præstantior esset atque valentior, quemadmodum Herculem neque emptos neque donatos Geryonis boues abegisse pinda-

[c] l nulla ff. pro soc. l. nā hoc. §. si cōuenerit, ff. com. diuid. l cum pater § dulcissimis ff. de lega. 2.

[d] l ex hoc iure ff. de iust. & iure.

[e] li. 2. antiq.

[f] in gorgia

pindarus cecinit. Eam ob rem, quo ad eius fieri potuit, iuri priuatorum conseruando operam dederunt, hócque summum eius iuris pręceptum posuerunt, vt suum cuique tribueretur [g], & ne quod in dominium nostrum iã versum esset, vel veteri occuptione vel traditione, vel sorte, vel lege, vel quouis alio modo acquirendi dominij, neq; inuitis nobis ab alio retineri, neque ad aliũ sine nostro facto transferri posset. [h] Hinc interdicta retinendarum & recuperãdarum possessionum gratia proposita vti possidetis, de vi & vi arm. quod vi aut clam. Vnde & D. Pius aucupibus rescripsit, in alieno aucupari iure permissum nõ esse, οὐκ ἐστὶ, inquit, εὔλογον ἀκόντων τῶν δεσποτῶν ὑμᾶς ἐν ἀλλοτρίοις ἰξεύειν [i]. Planè etiam, ait Iustinianus, qui alienum fundum ingreditur venãdi aut aucupãdi gratia potest à domino, si is præuiderit, prohiberi ne ingrediatur. [k] Sed & armis repellere ac deiicere eum ex cõtinenti qui cum armis venit possumus. [l] His consequenter tractatum est, si non per vim quidem aut inuitis nobis res nostræ ab alio possessę vsurpãtæ ve fuerint, sed in alium translatæ, vel ab eo qui se do

g. l. 1. ff. de inst. & iure.

h. l si filius §. ff sol. mat. l. id quod de reg iur.

i.

k. §. planè de rer. diuis. in instit.

l. l. 3. §. eum igitur ff. de vi & vi arm.

minum esse putabat, vel etiam ab eo qui sciebat rem alienam esse, nobis assensum non præbentibus sed ignorãtibus, an huiusmodi rei alienæ distractio valeat: Deinde si ea alicuius erit momenti, quémnam effectum habebit: tum etiam quomodo ipsi domino succurretur, quem re sua vel certè eius pretio fraudari iniquum esset: postremò si ei restituenda erit, qua ratione emptori consuletur, qui pro ea pretiũ numerauit. De quibus omnibus ordine nobis dicendum est.

CAPVT 2.



Vod ad id quod primo loco quæsitum est attinet, vtrùm scilicet rei alienæ venditio teneat, multùm referre existimandũ est, principis, reip. vel magistratus authoritate, an verò priuatorum pactionibus abalienetur. Ea enim quæ in commune prosunt his quæ priuatorum tantùm vtilitatem respiciũt præponenda sunt.[a] Nã vt ait Liuius, resp. incolumis & priuatas res facilè saluas pręstat. publica prodendo ne quicquam tua serues. Ideoque vtilitate publica suadente me-

a. auth. de restitu. & ea quæ.

te meritò receptum eſt, vt alienæ res auferri, diſtrahi, aliiſque aſsignari poſsint: quæ alienatio reuocari non poſsit domino poſtea rem ſuam vindicare volente. [b] Sed quæſtionis eſt vtrùm ea alienatio quam princeps, magiſtratus, vel reſpicit cum priuatorum detrimento admitti debeat, pretio nẽpe poſſeſſori dominóve non perſoluto. Qui locus à cæteris ita tractatur, vt quæ ab illis afferuntur nugis ſimilima eſſe videātur, & ab omni rationis æquitatiſque norma multùm, niſi ipſe fallor, ſeiuncta. Æquius autem veriúſque eſſe ſemper putaui, vt neque principi, neque reipu. aut τῷ κοινῷ res priuatorum, nõ perſoluto earum iuſto veróque pretio ac ſine cauſa, auferre aliive diſtrahere iure liceat. Nam & reſcriptum eſt, vt domini eorum, qui quòd monetarios adulterinam monetam clandeſtinis ſceleribus exercentes in publicum detulerint ciuitate Romana donati ſunt, pretium à fiſco percipiant. Id quòd de vero iuſtóque ſerui pretio accipiendum eſt. Sed & ſi res eccleſiaſticas permutare voluerit princeps, rem pretioſiorem pro his vel certè non minorem dare debet. Quid

b. l. vlt. §. titius ff. de pi. act. l. lucius ff. de euict. l. item ſi verberatum. §. 1 ff. de rei vindic. l. 2. C. quib. ex cauſa ſer. libert. air.

enim cauſetur imperator, ne meliora det, quem plurima poſsidere deus voluit, & multorum dominum eſſe, & facilè dare poſſe, & maximè ſanctiſsimis eccleſiis, in quibus optima menſura eſt donatarum eis rerum immēſitas? [c] Alioqui ſi id reip. principi, magiſtratui, vel τῷ κοινῷ tribuerimus, vt ſine cauſa nec iuſto veróque pretio dato, cuiuſuis generis prædia poſſeſſoribus auferre iure liceat, verendum erit, ne hæc ciuilis ſocietas à Zoticis, Varis, Seianis, & aliis eius notæ fumi venditoribus ac ſycophantis, qui principum authoritate nuſquam non abuntur, magnopere lædatur aut conuellatur. Quæ ſocietas eo ſolo ſuſtentatur, quòd ſuum cuique tribuitur, nec qui potentior eſt minus potenti ac inferiori poſſeſsiones eripit. Et ſanè quidem ſatis priuilegij eſſe putandum eſt, quòd principi, reip. ciuitati, vel magiſtratui vtilitate publica exigente liceat res priuatorum, earum perſoluto pretio, auferre aliiſque diſtrahere, contra eam iam à nobis dictam iuris naturéque regulam, qua id quod iam proprium eſt alicuius ſine eius voluntate ad alium transferri non debet. Principi autem

c §. ſinimus auth. de nō alien. reb. eccleſ.

tem

tem bono publico non ſuadente non licere res alienas, ne pretio quidem oblato, vel re alia quauis ex cauſa permutationis data inuitis dominis ſibi ſumere & vſurpare, nedum alij alienare, abundè ſatis probat memorabilis illa hiſtoria, quæ de Nabuth Iſraelita & Achaab regis Samariæ in ſacris bibliis legitur.[d] Id etiã indicat, quod de malo principe per Samuelem dominus Iſraelitis regem petentibus minatur, hoc ſenſu, hoc erit ius regis regnantis ſuper vos, filios veſtros tollet, & ponet eos in curribus ſuis & in equitibus ſuis & præcurſores curruum ſuorum, & ponet eos ſibi ipſi tribunos & Centuriones, & arare agriculturã ſuam, & metere meſſem ſuam, & vindemiare vindemiam ſuam, & facere inſtrumenta ſua bellica & inſtrumenta curruum ſuorum, & filias veſtras accipiet in vnguentarias & focarias & in panificas, & agros veſtros & vineas veſtras & olivueta veſtra bona tollet, & dabit ſeruis ſuis, & ſemina veſtra addecimabit & vineas veſtras, & dabit eunuchis ſuis & ſeruis ſuis, & ſeruos veſtros & ancillas veſtras & armenta bonum, veſtra bona & aſinos veſtros

d.lib.3 reg. cap.21.

addecimabit, & vos eritis ei in seruos,& clamabitis in die illa à facie regis vestri quem elegistis vobis,& nõ exaudiet vos dominus in diebus illis.[e] Quæ si de iniquo & rapace futuro principe dicuntur, vt certè de eo accipi debere dubitãdum non est, illud rectè efficitur, optimum ἢ ἄδωρα δίκα principem, vt loquitur Pindarus,nec posse nec debere res alienas inuitis dominis vel sibi sumere ac vsurpare,vel in alios transferre. Nam & Dauid rex, quamuis ab angelo iussus esset statuere altare domino in area ornam Iebusei,eo tamen inuito sibi ædificare licere arbitratus non est. Ideóque vt sibi locus ad ædificandum in ea daretur petiit: quinimo donatum sibi locũ ab Ornam gratis accipere noluit, sed pro eo loco siclos auri ponderis sexcentos dedit.[f](Sed quid principi in suos licere debeat,nos aliquando deo fauente alio in loco demonstraturi sumus.) Animaduertẽdum tamen est, non solùm eorum qui bello deuicti essent agros militibus ab imperatore assignari solitum fuisse,quemadmo dum de Cremonẽsibus accepimus, quorum agros militibus Augustus assignauit

e.lib.1.reg. cap.8.

f.lib.1.Paralip.cap.21.

quòd ab Antonij partibus ſtetiſſent, atque adeò Mantuanorum, cum Cremonenſium non ſufficerent, non aliam ob cauſam, quàm quòd Cremonæ vicini eſſent, Virgilio authore, Mantua vę miserę minimum vicina Cremonæ: ſed etiam agris ex imperiali præcepto vel diſtractis, vel veteranis in preuium aſsignatis modicum tantùm honoris gratia poſſeſſoribus quandóque dari.g Quinimo ex eo quod Paulus reſpondit, hæredes eius, qui in Germania trans Rhenum prędiis emptis pretij tātùm partem intulerat, in reſiduam quātitatem rectè conueniri, nec periculum ad venditorem pertinere, iis prędiis ex imperiali præcepto partim veteranis in præmia aſsignatis, partim diſtractis: nihil poſſeſſoribus ab imperatore datum fuiſſe ſuſpicari licet. Id quod æquitate ac ratione vix eſt vt tolerari queat (nam eorum opinio qui omnium rerum principem dominum eſſe, eíque omnia impune licere ſtatuūt, bonorum iudicio iampridem exploſa eſt & condēnata) niſi hoc de arcifiniis agris acceperimus, qui vt author eſt Iulius Frōtinus, ab hoſtibus capti non in perpetuum co-

g. d. l item ſi verberatum

lendi nec certa mensura dabantur, sed quousque tantùm lõgius fusi fugatíque essent hostes: Quibus vel longius fusis vel pacatis manui ac potestati ciuitatis restituebantur, deinde colonis vel tributariis certa mensura cõcedebantur. Hinc Florentinus agros manu captos vocat quos limitatos fuisse dicit, vt sciretur quid cuique datum esset, quídque venisset, & quid in publico relictum esset.[h] Eiusmodi autem fuisse ea prædia de quibus consultus fuit Paulus, illud graui argumẽto est, quòd ea in Germania trans Rhenum erant. Germani enim & Parthi populi Roni hostes erant.[i] Quare cum ipsius reip. adhuc vel principis intelligantur esse, ea possessoribus auferri, modico honoris causa dato, citra iniuriam possunt, aliísque concedi qui eorum nomine tributa in publicum inferant. Atque ita sine cuiusquam incommodo vel iniuria intelligi posse arbitror, quod ex Vlpiano & Paulo à nobis est relatum.

h. l. in agris. ff. de acq re. do.

i. l. hostes ff. de capt. & post. reuers.

k. d. l. itẽ si verberatũ. d. l. Lucius.

[k] Quam Vlpiani & Pauli mentẽ vt hanc esse credam ac constituam mouet me, quòd cum Christophorus Harlæus, & Gulielmus Abotus, duo Senatorij ordinis

nis lumina, Aureliam ad ecdicorum controuersias in præsenti disceptandas sedandásque venissent, tum inter cætera quæ de boni & æqui notitia déque iure constituendo ac interpretãdo cum Anna Burgio, primario tunc temporis iuris ciuilis in ea ciuitate professore, nunc verò curiæ Parisiensis consiliario, me astante atque audiente, grauiter disserebant, eos cum de fisci causa & priuilegiis sermo tandem incidisset, dicere memini, ad principis, ciuitatis, vel reip. dignitatem conseruationémque pertinere, si quàm minimum fieri potest à iure priuatorum recedant. Ideóque si contingat, vel iuris nostri authorum scripta quædam reperiri, quæ vno modo sumpta priuatorum commodis plus æquo officere, eorúmque iura subuertere videantur, si probabilem aliam & iuri æquitatíque conuenientem magis interpretationem, quanquam non ita τῷ ῥητῷ, ἢ καὶ τῇ διανοίᾳ forte accommodatam recipiant, eam nihilominus publicæ vtilitatis causa probandam esse ac sequendam. Cæterùm quid sit modicum honoris causa possessori datum apud Vlpianum,[l] variis exemplis nitun-

[l] l.d.l. item si verberatũ.

tur ostendere, sed nullum est aptius neque illustrius, quàm quod Franc. Duarenꝰ ex Apulei apologia secũda ad Claud. max. proconsulem annotauit.[m] Rumpi tabulas istas iube, inuenies filium hæredem, mihi verò tenue nescio quid honoris gratia legatum, ne si quid ei humanitus accidisset nomen maritus in vxoris tabulis non haberem. Atque hæc à nobis, de alienatione rerum alienarum à principe, magistratu, vel rep. facta, breuiter dicta sint.

m. Lib. 2. disput. ca. 30.

CAPVT 3.



Vòd si quæratur de rei alienæ distractione à priuatis facta, (qui campus est nostræ disputationis) nulla dubitatio est, rẽ alienam quẽ distrahere posse.[a] Nam quãuis certi iuris sit, in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri vel pacisci non licere: tamen cum vsu exigente & humanis necessitatibus emptiones venditiones, locationes conductiones, rerum commercia sint introducta,[b] eorum etiam difficultatibus occurrendum fuit, ne vel omnino impedirentur quo nomi-

a. L. rem alienam. ff. de cõtrah. empt.

b. §. ius autẽ de iure nat. gent. in instit. l. ex hoc iure. ff. de iust, & iure.


nomine constitutum est, pacta ea nullius esse momenti, quæ liberam de rebus nostris vt volumus statuẽdi facultatem nobis adimunt,[c] vel ne tardius & cum difficultate homines ad contrahendum accederent. Quod contingeret si rei alienę nulla esset alienatio. Nam qui rem ab alio sibi comparaturus esset, nõ aliàs pretium pro ea daret, quàm si eam dantis esse certò sciret, ne in irritum reciderent eius conatus, si rem alienari prohibitam, aut cuius nulla esset alienatio emeret,[d] (quo modo apud quosdam Germaniæ populos moris fuisse referunt, prius interrogare, an res quæ væniret furtiua esset necne, quòd ea domino restituenda pœnáque ei qui emisset à lege imposita esset) & ideo id oneris quoque ei qui alienaturus esset quasi impositum videretur, vt necesse haberet probare eam in suis bonis esse: quòd sanè neque cuiuis neque semper in prõptu est, eam ob causam rerum alienarum distractio vtilitate suadente comprobata est, pręsertim cum necesse non sit rei venditæ dominium trãsferre, sed rem qualis qualis est tradere sufficiat,[e] vt postea dicturi sumus.

c. L. nemo. ff. de pact.

d. arg. l. 1. C. de bo. mat. & l. 2. C. de furt.

e. l. si ita distrahatur. ff. de contrah. empt.

CAPVT 4.



Vpra dictis consentaneum est & consequens, vt rei cõmunis alienatio in solidum valeat.[a] (quamuis Charinus adolescens apud Plautum,[b] ne quam deperibat ancillam Demipho pater vendat, eam sibi cum alio communem esse dicat, & illi suam rem esse æquũ sit in manu) antequam scilicet communi diuidundo iudicium dictetur. Nam post litem contestatã, ne portio quidem propria communis prædij, cæteris eiusdem rei dominis non consentientibus, potest alienari.[c] Idem dicendum in familiæ erciscundæ iudicio, in quo ante litem cœptam alienationem portionis hæreditatis ad se pertinentis inhibitam esse putãdum non est, licet in hæreditatis petitione diuus Pius rescripserit, prohibendum possessorem hæreditatis de qua controuersia erat antequam lis inchoaretur aliquid ex ea distrahere: nisi maluerit pro omni quantitate hæreditatis vel rerum eius æstimatione satisdare.[d] Cuius rescripti argumento Accursius idem constituẽdum esse tradit in familiæ erciscundæ iudicio

a. tit. de cõ. rei alienat. in C.
b. in merc.
c. L. 1. C. cõ. diuid.
d. L. diuus Pius. ff. de petit. hære.

dicio.[e] Sed nulla causa, meo iudicio, dici potest, cur in hoc alienatio prohiberi debeat potius quàm in communi: nec quæ fuit in petitionis hæreditatis actione prohibendi ratio ea ad familiæ erciscundæ iudicium transferri debet. Petitur enim hæreditas à possessore, qui vel post motã controuersiam seu interpellationem ac denuntiationem factam cœpit scire rem ad se non pertinentem posſidere, ideóq; quasi prædo doli mali nomine tenetur.[f] Post dictatum autẽ iudicium alienationes quidem voluntariæ duntaxat in eo familiæ erciscundæ iudicio interdictæ sunt, quæ verò vetustiorem causam & originem iuris habent necessariam sunt permissæ:[g] quemadmodum in hæreditatis petitione causa cognita prætor, & si non supra dicta satisdatio sed sola cautio data sit, deminutionem se concessurũ edicit etiam cœpto iudicio, ne in totum deminutio impedita in aliquo etiã alias vtilitates impediat, vt puta si ad funus sit aliquid necessarium. Nam funeris gratia deminutionem permittit. Item si futurũ est, vt nisi pecunia intra diem soluatur pignus distrahatur. Sed & propter familiæ

e. not. l. falso C. de cõ. rei alien.

f. L. sed & si §. si ante. ff. de petit. hæred.

g. L. alienationes. ff. famil. ercisc.

cibaria erit deminutio, sed vt res tempore perituras permittere debet prætor distrahere.[h] Idem in communi diuidundo iudicio admittendum esse puto, nempe vt post litem contestatam necessariæ alienationes interdictæ non sint, sed tantummodo voluntariȩ. Itaque quod dicitur, post litem contestatam ne portionē quidem propriam communis prædij cæteris eiusdem rei dominis non consentientibus posse alienari, id de voluntaria alienatione non autem necessaria intelligendum est. Cuius prohibitionis ratio hæc esse dici potest, quòd post acceptum iudicium res litigiosi vitio sit affecta. At res litigiosas alienari non posse sȩpe traditū est, ne liceat eo modo duriorē aduersarij cōditionem facere.[i] Sed quod diximus accepto iudicio rei communis alienationem interdictam esse, id locum non habere volunt, si de dote danda agatur, quoniā res litigiosa in dotem vel propter nuptias rectè dari posit.[k] Supra dictis consequenter Bart. scribit, rei pro indiuiso communis ab vno ex sociis factam locationem valere, si vtiliter ab eo gestum sit. Nam nec ea res pro parte expediri

h. d. l. diuus.

i. tit. C. de litig. l. vlt. ff. e.

k. L. vlt. C. de litig.

pediri

pediri poteſt.cuius ſententiæ Alciatus quoque eſt,[l] & ego ſum. l.Not l.ſi ſocius ſi cer. per.

CAPVT 5.



Vinautem cõmodare poſſimus alienam rem quam poſsidemus,tametſi ſcientes alienam poſsideamus, nulla dubitatio eſt: [a] quia ex ea tam bene vti poſsumus,ac ſi eſſet dantis propria. Idem in depoſito dicendum eſt. [b] Sed illud eſt quæſitum, an res aliena in ſolutum dari poſſet? Et conſtat dari poſſe. Nam ſi ſtipulator eam vſuceperit dicendum eſſe Iulianus ait liberationem contingere, quæ ante vſucapionem non contingebat, & ita mandati actionem fideiuſſori qui ſoluit poſt vſucapionẽ demum competere: [c] perinde atque ſi numos alienos inſcio vel inuito domino in cauſam fideiuſsionis dederit, & hi conſumpti vel miſti fuerint ita vt diſcerni non poſsint, liberationem conſequi intelligitur, & mandati agere poteſt. [d] Quòd ſi hi numi integri fuerint nec vſucapti, manent eius cuius fuerunt, nec

a. L.cõmodare & l. ſeq. ff.commod.

b. L.1.§.ſi prædo. ff. depoſ.

c. Iulianus. §.1.ff. mãd.

d.L.ſi is cui. l ſi alieni. ff. de ſolut.

liberatio contingit. Ideóque poteſt quidẽ creditor pergere petere quod ſibi debebatur, ſed exceptione doli mali ſummouebitur, niſi offerat quod accepit.[e]

e. d l. Iulianus. d l. ſi alieni. d l. ſi is cui.

CAPVT 6.



E eo etiam quærendum eſt, an res aliena pignori dari poſsit? Sed vt ſeruitutes ab alio quàm à domino imponi non poſſunt, ita nec ius pignoris in re aliena cõſtitui.[a] Ideoque ſi debitor rem pignori datam vendidit & tradidit, túque ei nũmos credidiſti quos ille ſoluit ei creditori cui pignus dederat, tibíq; cum eo conuenit, vt ea res quam iam vendiderat pignori tibi eſſet: nihil te egiſſe conſtat, qui rem alienam pignori acceperis. ea enim ratione emptorem pignus liberatum habere cœpiſſe, neque ad rem pertinuiſſe, quòd tua pecunia pignus ſit liberatum.[b] Hoc tamen quod dicitur alienam rem pignori dari non poſſe ſic acceptum eſt, niſi volũtate domini ea pignori data ſit, vel ſi eo ignorãte data ſit, deinde poſtea ratum

a tit. C. ſi aliena res pig. l qui ſi. nos C. quæ res pig.

b l. 2 ff de pig. act.

ratum habuerit. tum enim dicẽdum est, hoc ipsum quòd ratum habet voluisse, eum retrò recurrere ratihabitionem ad illud tempus quo conuenit[c] vel nisi sciẽs dominus hoc agi in fraudem creditoris ignorantis dissimulauerit,[d] vel nisi debitoris qui pignori dedit facta re oppignerata, æquitate suadente conualescat pignus,[e] quanquã creditori qui non ignorauit alienam difficilius vtilis actio dabitur, sed facilior erit posſidenti retentio, [f] vel nisi in rem domini pecunia mutua accipiatur, [g] vel nisi sub cõditione, si debitoris facta fuerit, data sit,[h] vel nisi debitor ius aliquod in re habuerit, puta quia publiciana ei vel etiam seruiana cõpetit. [i] Sed his duobus casibus extingui pignoris conuentionem dicendum est, si dominus rẽ suam vindicauerit, & à primo debitore pecunia soluta fuerit. [k] Ex his illud efficitur, rem communẽ oppignerari non posse, vt socij pars obligetur, [l] Ideoque domino restituenda erit cum fructibus, quos creditor de ea perceperit, vt postea nos suo loco ostensuri sumus. Meminisse tamẽ oportet, soluta pecunia debitorem, etiam prædonem, pignoratitia

c L. aliena res. ff. de pi. act. l. si fundus. §. 1. ff. de pig.
d L. 2. C. si aliena res pig.
e L. cũ res C. ill. tit.
f L. 1. ff. de pig.
g L. 3. C. si aliena res pig.
h L. si fundus § aliena. ff. de pi.
i L. si ab eo. ff. ill. tit.
k L. grege §. 1. ff. ill. tit.
arg l peto §. prædium de leg 2.
l L. 2. C. cõ. diuid. l si fratres C. cõ. vtr. iud.

experiri posse ad recuperandum pignus quamlibet alienum: [m] & si creditor rem alienam sibi pignori suppositam vendiderit, liberari debitorem personali actione pecuniæ creditæ, si forte de euictione non teneatur creditor. [n] Quanuis enim res aliena pignori data non obligetur, quia aliena sit, nec dominus hypothecaria teneatur, certum tamen est ex eo negotio pignoratitiam actionem danti & accipienti vltro citróque dari, & qualem qualem obligationem nasci. [o] Sed de eo hoc loco ab interpretibus quæri solet, an fiscus rem communem hypothecę vel pignori obligare possit? Et communi eorum sententia receptum est, eo argumẽto posse quòd alienare ac vẽdere queat, [p] & cui quod maius est licet, non debet quod minus est non licere. Sed ego ab ea sententia recedendum esse puto, neque eandem esse rationem alienationis & pignorationis. Nam vt distrahat rem communem fiscus, præiudicium tamen graue socio fieri non intelligitur, cum pretij partem loco rei suæ consequatur, cuius dãni ratio non æquè haberetur, si res pignori data vel hypothecæ supposita esset.

m. l. si rem alienam. §. is quoque l. si pignore. § si prædo ff. de pig act. l. nec creditores C. ill. tit.

n. l rescriptũ §. 1. ff. de dist. pig.

o. d. §. 1.

p not. l. 1. c. C. de vendi. rei. fisc. cum pri. com.

ſet. Nam & patri nõ ante bona filiorum ſuorum permittitur pignori obligare, quàm ſi emptorem non potuerit inueni re:[q] nec marito ante Iuſtinianum per legem Iuliam rem ſoli in dotem datam hypothecæ ponere, ne conſentiente quidẽ muliere, licebat (forte quia facilius hypothecę quàm alienationi cõſentiret) quanuis alienare ea concedente permitteretur.[r] Adde quòd cum id ſpeciali priuilegio fiſco tributum ſit, vt ſi vel minima portio rei ad eum pertineret, vniuerſa à procuratoribus eius diſtraheretur, non eſt temerè ad conſequentiam producendum,[ſ] cum nec is quoq; delinquat, qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum reſpondet.[t]

q L. vlt. § ipſum autem. C. de bo. quæ lib.

r L. 1. c. §. & cum lex. C. de rei vx. act. § 1. quibus alien. licet in inſtit.

ſ L. quod cõtra. ff. de re. iur.

t L. non puto ff. de iure fiſci.

CAPVT 7.



Ractari præterea ſolet, an ſeruo alieno libertas dari poſsit? Et certi iuris eſt, neminem alienum ſeruũ, quãuis vt proprium manumittat, ad libertatem perducere poſſe.[a] Itaq; qui precariũ vſum ſerui habet vel vſum-

a tit. C. & ff. de his qui à non do. l. ſi alienum. ff. de hæred. inſtit. l. ſi ſeruus legatus § ſi ſeruus ff. de leg. 1.

fructum, cum in eo dominium non habeat, manumittendo nihil agit, ſicuti nec is qui pro donato vel alio titulo cœperat vſucapere:[b] Item qui ex donatione vel ex cauſa venditionis tradidit libertatem mancipio dando dominio nihil præiudicat:[c] quoniam per traditionem dominus eſſe deſiit. Quòd ſi traditio nondum ſecuta fuerit, is qui venditum vel promiſſum necdum traditũ ſeruum manumittit, & procurator, qui antequam dominium empti ſerui ad mandantem tranſtulerit, eum libertate donat, item is qui hæreditatem vẽdidit, quoniam antequã res hæreditarias traderet dominus earũ perſeuerauit, manumittendo libertatem ſeruis rectè præſtant.[d] Veruntamẽ quia contractus fidem fregit venditor, ex empto actione conuentus quanti intereſt emptoribus præſtare cogetur.[e] Econtrariò hæres, licet pendente conditione pleno iure dominus ſit ſerui ſub conditione legati,[f] eum tamẽ interim manumittere non poteſt, licet alienare queat, ne iniuria fiat legatorio.[g] Quãquam ſi quis filium ſuum ex aſſe hæredem inſtituit, & codicillis quos poſt mortem filij aperiri iuſsit

b L. vſufructu. C. de vſuf. l. ſi non proprietatẽ C. de his q à non do. l. penul. ff. p don

c l. ſi ancillam C. de art empti. l. ſi tradita C. de his q à non do.

d L. eũ qui ff. de manumiſ. l. qui tibi. 2. C. de his qui à nõ do.

e L. qui tibi C. de hære. vend. d. l. ſi ancillam.

f L. nõ ideo ff. de rei vind.

g. ſeruo legato. §. 1. ff. de leg. 1. l. generaliter. ff de his qui à nõ do. l. ſeruum. ff. de manu. l. 3. ff qui & à quib. l. vlt. §. ſed quia C. com. de leg.

iuſsit fidei eius commiſit, vt ſi ſine liberis deceſsiſſet, hæreditatem ſuam ſorori ſuæ reſtitueret: & filius cum ſciret quòd in co dicillis ſcriptum eſſet, Stichum ſeruũ hæreditarium teſtamento ſuo liberum eſſe iuſsit: hæredes filij pretium eius ſerui ſorori defuncti præſtare debent, libertate fauore ſui ſeruata. [h] Non enim in hoc exẽplo ſeruus legatus intelligitur, tametſi de reſtituenda hęreditate rogatus ſit hæres. huic ſimile eſt, quod dicitur ſeruũ pignoris iure ſpecialiter traditum & obligatũ iuſtam directámq; libertatem, non conſentiente creditore nec pecunia ſoluta conſequi nõ poſſe: [i] ab eo autem qui bona ſua pignori obligauit quæ habebat quæque habiturus eſſet poſſe, ſi lex Ælia Sentia non impediat libertatem. [k] Adeo autem verum eſt, ſi ſeruo alieno libertas nõ conſentiente domino data ſit, valere ex authoritate iuris nõ poſſe, vt etiam ſi poſtea manumiſſor domino hæres extiterit, non teneat. Nam licet ei, inquit Modeſtinus, iure cognationis, qui manumiſit hæres extitit, non ideo aditione hæreditatis libertatis datio cõfirmatur, [l] quia libertas alieno ſeruo inutiliter data eſt. [m]

h L. quidã §. ſi quis filium ff. ad Trebel.

i L. 3. & 4. C de ſeruo pig. l. generaliter § ſi quis ſeruo ff de fidei. com. libert.

k d. l. 3. l. generaliter ff. qui & à quib.

l L. ſi ſeruo qui & à quib. ma.

m d. l. ſi alienum. d. § ſi ſeruus.

At ſi quis hæreditarium ſeruum iuſſus ſit manumittere & hæres eſſe, quanuis ſi manumiſerit nihil agat, tamē hæres erit. verum eſt enim eum manumiſiſſe: ſed poſt aditionē libertas ſeruo data ſecundum voluntatem teſtatoris conualeſcit, [n] quoniam licet alienum ſeruum manumiſerit, tamen quia ex voluntate teſtatoris id fit, conualeſcet ea manumiſsio, quæ alioqui nulla fuiſſet. Qua ratione hæc duo Labeonis & Modeſtini capita [o] diuerſa magis ſunt quàm inter ſe pugnantia. Sed nec iis quæ à Modeſtino tradita ſunt, aduerſatur quod Val. & Gall. Impp. reſcripſerunt, ſi ab eo cuius ſeruus fuiſti manumiſſus es, fruſtra libertatis controuerſiam ſuſtines, maximè ab hærede eius qui te manumiſit, cū & ſi iure libertas nō proceſſerit, reſpectu tamē aditæ hęreditatis voluntatē defuncti ſuo conſenſu firmare debuit. [p] Hæc enim diuerſa quoq; magis ſunt quàm pugnātia. Nam hîc non de alieno ſeruo manumiſſo quæſitum eſt, ſed vtrùm ab hærede libertatis controuerſia ei fieri poſsit qui à defuncto manumiſſus eſt, qui propter ætatem forte, impediēte ſcilicet lege Alia Sentia

n l. mulier. §. 1 ff de cō. dit. inſtit.

o d. l. ſi ſeruo d. l. mulier.

p L. ſi ab eo C. de lib. cauſa.

Sentia

Sentia, manumittere non poterat, & rescriptum est non posse controuersiam fieri. Nam & respondit Vlpianus, filium ob hoc quod patri hæres extitit, prohiberi à patre seruum suum manumissum in seruitutem petere. [q] Regula enim iuris q l. filium ff de lib. est, ex qua persona quis lucrum capit e- causa. ius factum præstare debere. [r] apud Mode r l. ex qua stinum verò quæstio est, de alieno seruo persona ff. de reg. iur. à non domino manumisso, & ait manumitti non posse, etiam si manumissor domino postea hæres extiterit. Quod ideò ita constitutum esse verisimile est, vt illibata sit dominorum in seruos authoritas, nec ab aliis libertatis consequendæ spem habere posſint, quàm à suis dominis. Sciendum porrò est, quanuis testator Titium hæredē instituerit directam tamen libertatem eius seruo dare non potuisse. Iure enim directo libertatē seruis alienis nemo potest dare: [s] quoniam s L. seruo C id nō in testatoris se domini positum est de test. ma. voluntate. Adeo vt ne in fidei commissariam quidem transire vulgo existimēt. [t] Contraria tamen sententia probabili- t not. in d l. ter, in hæredis potiſsimum seruo, defen- seruo & l. di posse videtur. Nam si seruo suo roga- cogi § si pater ff ad Trebel.

tus ſit cum libertate quis hæreditatem reſtituere: ſiue directa data ſit libertas, ſiue fideicommiſſaria, Vlpianus Mætianum ſcripſiſſe refert, eum cogi præſtare fideicommiſſariam libertatem & hæreditatem, ſi ſponte adierit hæreditatem. [v] Sed & alieno ſeruo quàm ipſius hæredis ſi quis directo datam libertatem in fideicommiſſariam tranſire contendat, vt hæres eum ſeruum à domino ſi vendere velit, redimere cogatur, non admodũ repugnauerim (licet aliter ſentiat Alciatus.)[x] Fauor enim libertatis ſuadet, vt interpretemur & ad libertatis præſtationem accedere teſtamenti verba, quaſi ex fideicõmiſſo fuerit liber eſſe iuſſus. Nec enim ignotum eſt, quòd multa contra iuris rigorem pro libertate ſunt conſtituta.[y] Et quod in ambiguis ſecundum libertatem iudicandũ eſt, nec durior pro humaniore ſententia ſequenda.[z] Pro qua ſententia & illud facit, quod de ſeruo alieno tutore adſcripto mox dicturi ſumus. Neque contrarium eſt, quod Aphricanus ait, ſi ſeruus alienus liber eſſe iuſſus & legatus ſit, peti eum ex legato poſſe. Nam cum libertas nullius momenti ſit, hoc

v d §. ſi pater.

x lib. 1. para. cap. 5.

y L. generaliter § ſi quis ſeruo ff. de fideicom. lib. §. vlt. de donat. in inſti.

z L. 2. C de cõ. ſer. ma.

hoc eſt (vt ſupra dictis conueniat) neque iure directo competere poſsit, neque per fideicommiſſum, domino forte ſeruum ſuum vendere recuſante, abſurdum eſſet per eam legatum infirmari, quod alioqui valeret, vt ſaltem eius ęſtimationem pręſtaret hæres, & ſi non adſcripta libertate ſolum datũ eſſet. [a] Ex eo quod traditum eſt ſeruo alieno non poſſe libertatem dari, illud manaſſe videtur, vt ſeruus alienus pure inutiliter detur tutor, [b] quoniá hac datione, cum ſit alienus, libertas non cõpetit, nec tutor ſine libertate eſſe poteſt, eſt enim ciuile officium tutelæ adminiſtratio, ſed ita, cum liber erit tutor eſto. Quinimò & ſi purè datus ſit, videtur ineſſe hæc conditio, cum liber erit, & fideicõmiſſaria libertas data intelligitur. [c] Pupillorum enim vtilitatíſque publicæ fauore poteſt quis & extraneo ſeruo defendere ex hac cauſa fideicommiſſariam libertatem, ſi voluntas apertiſsimè non refragetur. Quid enim intereſt ſuum ſeruum an alienum tutorem (nulla vtique libertatis in vtroque adiecta mentione) ſcripſerit, cum pupilli fauore & publicæ vtilitatis aſſumpta libertas ſit in perſo-

[a] L. ſi ſeru. §. ſi ſeruus de leg. 1.

[b] §. ſeruus autem qui teſt. tut. da inſtit.

[c] d. l. ſeruus l. ſi hæreditas §. vlt. ff. de teſt. tut.

na eius qui tutor eſt.[d] Quod ita demum verum eſt, ſi teſtator ſerui conditionem nõ ignorauit. Nam ſi quis tutorem ideo ſcripſit quia liberũ putauit certiſsimum eſt, neque libertatem peti poſſe, neque tutelam libertatis præſtationi patrocinari: & ita Marcellus lib. 15. ff. notat.[e] Seruus autem alienus, quem teſtator tutorem eſſe voluit, redimendus eſt ac manumittendus,[f] ſi dominus eum vẽdere velit. Sed & ſi non adſcripta libertate teſtator ſeruum ſuum tutorem filiis ſuis dederit receptũ eſt, & libertatis & pupillorum fauore, vt per fideicommiſſum manumiſiſſe eũ videatur,[g] vt tutor pupilli ſui libertus efficiatur, atque ideo diligentior futurus ſit in eius rebus adminiſtrandis. Sed & tacitè directam quoque libertatem eum à teſtatore accepiſſe belliſsimè intelligi poteſt,[h] quaſi teſtator id expreſſerit, vt ſtatim ab adita hæreditate ex ipſo teſtamento liber fiat, nec hęredis facto ſit opus. Nam & tutela teſtamentaria, cui hæc accedit libertas, non ab hærede ſed à teſtatore protinus proficiſcitur.[i] Hinc inutiliter eo modo dari tutor dicitur, cũ liber erit, quia ratio ſuadet, eum qui

d d. §. vlt. l. & ſi nõ adſcripta C. de fid. liber.

e L. generaliter §. ſi quis tutorẽ ff. de fid. libert. d. l. & ſi non adſcripta.

f L. ſi pupillorum C. de teſt. tut.

g d. l. & ſi non adſcripta.

h §. ſed ſciẽdũ; qui tut. teſt. in iuſt. arg. l. tutores. ff de teſta. tut.

i d. l. tutores

qui libertatem dare poteſt, ipſum debere aut præſenti die, aut in diem, aut ſub conditione dare libertatem, nec habere facultatem in caſum à quolibet libertatis obuenientis tutorem inſtituere,[k] ne non capax ſuſcipiendæ tutelæ die cedente reperiatur. Quod de alieni ſerui manumiſsione diximus ita accipiẽdum eſt, niſi vnus ex dominis ſerui communis, licet quantulamcunque in eo partem habuerit, libertatẽ imponere voluerit. Nã quamuis olim, ſi cõmunem ſeruũ habens aliquis cum Titio ſolus libertatem ei imponebat, vel vindicta, vel teſtamento, eo caſu pars eius amitteretur, & fiſco accreſſceret, tamẽ peſsimum viſum eſt eſſe exemplo, & libertate ſeruũ defraudari, & ex ea humanioribus quidẽ dominis dãnum inferri, ſeuerioribus autẽ dominis lucrũ accreſcere. Ideóq; hoc quaſi inuidiæ plenũ emendatũ eſt ac fauore libertatis conſtitutum, vt ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate eum communem ſeruum libertate donare voluerit, id ei permittatur, valeátque libertatis datio. In tãtùm vt ſi ipſi ſeruo partem ſuam quam in eo habebat legauerit, ea ſociis non acquira-

k arg. l. ſeruus alienus cum l. ſeq. ff. de cond. inſtit. § proprius qui teſt. tut. in inſtit.

tur,sed libertas data intelligatur, ex parte quidem testatoris secundum eius voluntatem,ex alienis autē partibus secundum Iustiniani definitionē, pretio nempe,quod ab eo definitum est,pro iis partibus ab eo qui libertatē imponere vult vel ab eius hæredę sociis persoluto,vel si accipere recusauerint oblato,cōsignato, & periculo eorum deposito: peculio autem in omnes socios secundùm partem domini distribuēdo: Iura verò patronatus secundùm sui naturam omnibus qui libertatem imposuerint æqualiter habētibus. [l] Ridiculum enim esset, arbitrari quem pro parte dimidia seruum esse, pro parte dimidia liberum.Commodius autem est fauore libertatis liberum esse. Nam si duobus petentibus hominem in seruitutem pro parte dimidia separatim vno iudicio liber,altero seruus iudicatus sit,nec cōsentire iudices cōtingat, quamuis iure subtili ab eo duci deberet qui vicisset (& ita Sabinum, Cassium, & Minutium refertur existimasse) fauore tamen libertatis liber quidem erit,compelletur autem pretij sui partem viri boni arbitratu victori suo præstare. [m] Illud etiam


l L.1. & 2. C. de com. ser. ma. §. erat olim de donat. in instit.

m L.duob' ff.de lib. causa,

tiam hoc loco animaduersione dignum est, quòd licet serui ob noxam dediti dominium in perpetuum in eum translatũ esse dicatur cui nocitum est, cuique deditus est seruus: tamen si is quæsita pecunia damnum resarcierit, auxilio prætoris inuito nouo domino manumittetur, [n] fauore scilicet libertatis.

[n] § domin. de nox. act. in act.

CAPVT 8.



Ostremò sciendum est (quamuis præter domini volũtatem nemo posit, οὐδ' ἂν εἰ θεῖον προστάττοι τύπον, οὐδ' ἂν εἴ τι τῶν πάντων ἕτερόν τι παραδιατυπῶν ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις, vt ait Iustinianus, [a] id est, ne medio quidem principe & accedente eius authoritate, vel aliquo alio modo de alienis rebus aliter quàm oportet statuere ac ordinare) [b] non solum testatoris vel hæredis res, sed etiam alienas legari posse, ita vt hæres cogatur redimere eas & præstare, vel si non potest redimere, quòd dominus eas non vẽdat, vel immodico pretio vendat, iustam earum æstimationem inferre, dummodo tales sint res quarum sit commercium: alioqui nec æstimatio debebitur, veluti si

[a] auth. de nupt. §. 1.

[b] L. omniũ. C. de testa.

quis campū Martium, vel Basilicam, vel templa, vel quæ publico vsui destinata sunt legauerit. Nam nullius momenti tale legatum est, nec æstimatio debetur. Illud prætcrea in hoc legato requiritur, vt defunctus non ignorauerit rem alienam esse: forsitā enim si sciuisset alienam rem esse non legasset, & ita diuus Pius rescripsit:[c] nisi personæ proximę, vel vxori, vel alij tali personæ datum sit, cui legaturus esset, & si sciisset rem alienam esse.[d] Supra dictis conueniens est communem fundum legari posse, vt æstimatio saltē portionis alienæ debeatur, si ea redimi non potest iusto pretio, nisi testator nulla adiecta portione meum nominauerit.[e] Nā cum eo casu totum fundum ad se pertinere testatorem existimauisse interpretemur, ius tātum quod in eo habebat seu portionem deberi constat.[f] Sed de legatis alius erit dicendi locus.

c §. non solum de leg. in instit. l. non dubiū ff de leg. 3.

d L. cum aliena. C. de leg.

e L. 5. §. vlt. de leg 1.

f d. §. vlt.

CAPVT 9.



Actenus à nobis ostensum est rei alienę venditionem inutilē nō esse, huic proximum est, de vi atque effectu huius alienatio-

tionis aliquid dicamus. In quo adhibendum esse censeo discrimen inter pretium & rem quæ væniit, item inter eum qui stipulanti spopondit & venditorem. Nam qui stipulanti spopondit & qui pretium debet necesse habet stipulatorem & vẽditorẽ dominos efficere, quòd nihil necesse sit, vt in corpore & materia quę per stipulationem promittitur concurrat stipulantium consensus, sed id tantùm, vt rem in stipulationem deductam tradat promissor, eámque faciat stipulantis, vt ea stipulatione conuentum est. Quæ ratio eadem est in pretio, de cuius corpore nullo modo cogitatum est: alioqui non emptio sed permutatio diceretur. Nam cum in suo genere functionem numi recipiant, nihil interest venditoris hos potius quàm illos habere numos, sed sat illi est modo eiusdem generis & bonitatis quæ conuenta est numos accipiat. At cũ in rei quæ væniit corpore & materia con currerit tum emptoris, tum venditoris consensus, vt alia res quàm de qua conuenit dari non possit, atque eo solo consensu perficiatur venditio: satis visum est esse iuris authoribus, vt venditor eam

qualis qualis est det, vsucapiendíq; solã conditionem, nõ autem dominiũ transferre cogatur. Venditori enim, ait Paulus, sufficit ob euictionem sese obligare, possesionẽ tradere, & purgari dolo malo.[a] Vnde colligere est, res alienas ex causa permutationis alienari nõ posse. Nam quãuis à permutatione emendi vendendíq; origo cœperit,[b] & propterea Aristo emptioni vicinã dicat:[c] tamẽ quoniam res aliena quæ traditur non fit accipientis. (Non enim potest[d]) permutationem non contrahit qui eam dat:[e] sicuti nec aliena pecunia, credita efficitur,[f] quoniã ea accipientis fieri non potest.[g]

a L.1.ff de rer. permu.

b L.1.ff.de cõtra.empt.

c L.vlt ff.de rer.permut.

d L tradítio ff.de acqui.rer. do.

e L.vlt.ff. de cond.ob causam l.3. de act.emp. d.l.1.de rer. permut.

f L.si socius ff.si cer.pet. l. si quis societatem ff. pro soc.arg. l.si is cui ff. de solut.

g L.2.§. appellata ff. si cert.pet.

CAPVT 10.


EX iis illud cõsequitur, qui tertius est nostræ disputationis locus, vt dominio nõdum per longi temporis præscriptionẽ vel vsucapionem in emptorem translato, domino liceat rem suam ab alio nullo iure distractam vindicare, si ea adhuc extat.[a] Nam cuiquam homini ius suum detrahi non debet,[b] nec quisquam res ad se

a l.3 l.si mãcipiũ C. de rei vind.l. rem alienã. ff.de cõtra. empt. l. 2. C.de furt.

b l.3.§.dominorũ ff. de his qui sunt sui.

ad se non pertinentes, non obligatas sibi, nec ex officio vendendi potestatem habens, distrahendo quicquam domino nocere potuit.[c] Nam ne procurator quidem quicquam agit si venditionis, transactionis, vel donationis causa quicquam agat. Non enim alienare ei, sed diligẽter gerere commissum est,[d] & ideo si contra mandati tenorem res ad se non pertinẽtes vendiderit, nec dominus venditionẽ postea ratum habuerit, dominium ei auferre non potest.[e] Nam & imperatorum rescriptis apertè continetur, si mandati contractus certam accepit legem, & procurator ad vnam speciem constitutus eã legem integram secundum bonam fidẽ non custodiuit, sed officium mandati egressus est, id quod gessit nullum domino præiudicium facere potuit.[f] Ideóque si quis rem meã vendidit minoris quàm ei mandaui non videtur alienata, & si petam eam non obstabit rei venditæ exceptio, vti nec obstatura est, si mãdatu meo res venierit, & mandauero ne traderetur antequam pretium soluatur.[g] Maritus quoque (licet rerum dotalium dominus esse intelligatur) si rem vxoris ea non cõ-

c l. traditio ff. de acq. rer. do. l. nemo C. de reb. alien. l. nemo de reg. iur. l. a. pro don.

d l. 1. ff. de off. proc. cæs.

e l. cũ mandati. C. mã.

f l. si procurator. C. de procur. l. transactionis C. de transact. l. diligenter ff. man. l.

g l. 1. ff de except. rei vend.

ſentiente vendiderit, nec vſucapio vel lõgi temporis præſcriptio ſubſecuta eſt, nullum ei præiudicium facit (quinimò ſi vir dotate prædium vẽdiderit ſcienti vel ignoranti rem dotis eſſe, venditio nõ valet) tametſi ea fraude inducta proprio ſigillo ſignauerit venditionis inſtrumentum.[h] Nam & ſi cum mandaſſes rem tuã locari, falſo emptionis inſtrumento tibi oblato nec relecto fidem habens procuratori ſubſcripſeris, neutrum cõtractum (in vtroq; alterutrius cõſenſu deficiẽte) conſtitiſſe proculdubio eſt.[i] Quanquam ſi proponatur quis ab aliquo perſuaſus, vt quia mutuam quantitatem acciperet à Septitio creditore, chirographum perſcriberet ſua manu, quòd is impeditus eſſet ſcribere, ſub commemoratione domus ad ſe pertinentis pignori dandæ, cõſenſum ei obligationi dediſſe manifeſtũ eſt.[k] Nã nec ignorare nec decipi potuit in eo quod gerebatur: vti nec creditor qui in tabulis emptionis ſubſcripſit alienationi pignoris à debitore factę, niſi manifeſtè appareat eum deceptũ eſſe.[l] Diſſimiliter atque ſi debitor teſtamentum creditoris in quo ſe emiſſe pignus à debitore

h L. 2 C. de reb. alien.

i L. vlt. C. plus val.

k L. fideiuſſor ꝫ 1. ff. de pigno.

l L. ſicut §. non videtur ff. quib. mod. pig.

tore expreſsit ſignaſſe dicatur. Id enim contractui pignoris obeſſe nõ debet, nec in hoc quod ſignauit præiudicium aliquod ſibi fecit debitor, vt Modeſtinus lib. 3. reſponſorum ſcribit, præſertim cum nullum venditionis inſtrumentum proferatur, ſed ſolum pactũ vt creditor certi temporis fructus caperet.[m] Nam ad teſtamenta quæ ſcriptis fiunt non ſolent adhiberi teſtes, vt ſciant quid teſtetur defunctus, ſed ad hoc vt poſsint teſtificari, hoc à teſtatore conditum eſſe teſtamentum.[n] Idem ſi dominus in diuiſione domus ſeruo ſuo legatæ caſu quodã vel ignorãs legatum per ſeruum ſibi eſſe acquiſitum quaſi teſtis adfuit. Nam eum fideicommiſſum non amiſiſſe, nec ipſo iure, nec per doli exceptionem, ab eodem Modeſtino libro 10. eius reſponſorũ relatum eſt. Sed hæc ἐν παρέργῳ.

m L. Caius ff. de pig. act.

n §. ſinautẽ de pupil. ſubſt. § legatariis & §. vlt. de teſtam. ſ inſti.

CAPVT II.



Vod dicimus domino licere rẽ ſuam ab alio nullo iure diſtractam vindicare adeo procedit, vt ne eius quidẽ pretium ſolui

aut offerri emptori à vindicante debeat: [a] quemadmodum nec scienti emptori eius rei pretium aut ex eo portionem soluere necesse habent creditores, quam in eorum fraudem alienauerit debitor, [b] nisi forte ex rei alienæ venditione redactum pretium in domini vtilitatem fuerit versum: veluti si eo dimissus sit creditor.[c] Nam emptor (Pap. lib. 2. respons. inquit) quod nō à domino emit exceptione doli posita non aliter restituere domino cogetur, quàm si pecuniam creditori eius solutā qui pignori datum prædium habuit (& qui illud vendidit) vsurarúmque medij temporis superfluum recuperauerit: scilicet si minus in fructibus ante litem contestatem perceptis fuerit. Nam eos vsuris nouis duntaxat compēsari (id est medij temporis, & quæ à solutione eius pecuniæ vsque ad litis contestationem currunt, non autem iis quæ iam creditori ante distractionē debebantur & ab emptore persolutæ sunt. Hæ nanque citra compensationem cum sorte emptori restituēdæ sunt) sumptuū in prædiū factorum exemplo ęquum est. [d] Qui quidem sumptus (vt eodem in libro

a d l. si mācipiū. d. l. 2.

b l. si debitor & l. seq. ff. quæ in fraud. cred.

c l. si creditor. ff. de pig. act.

d l. emptor ff. de rei vind.

bro idem Pap. ante ſcripſerat) in prædiũ, quod alienum eſſe apparuit, à bonæ fidei poſſeſſore facti, neque ab eo qui prædium donauit, neque à domino peti poſſunt, verùm exceptione doli oppoſita per officium iudicis æquitatis ratione ſeruantur, ſcilicet ſi fructuũ ante litem conteſtatam perceptorum ſummam excedant. Etenim admiſſa compenſatione ſuperfluum ſumptuum (meliore prædio facto) dominus reſtituere cogitur.[e] Unde manifeſtum fit, contrariũ non eſſe quod vulgò obiicitur, & cũ qui mala fide à creditore emit, à debitore rem ſuam petente pecuniam cum vſuris recipere priuſquam eam rem domino reſtituat.[f] Nam ea pecunia creditori ſatisfactum eſt, & ſic in rem debitoris verſum, ſed & creditori ius vendendi fuit, tametſi in dolo verſetur.

e l. ſumpt. ff ill. tit.

f L. 1. C. ſi vend. pig. ag.

CAPVT 12.

Supra dictis conſequẽs eſt, re communi diſtracta vel pignori data eã pro parte vĩdicari poſſe, ſi ea adhuc extat necdum vſucapta eſt:[a] quamuis emptor ab eo delegatus

a l. 1. 4 ſ. C. de com. rer. alien.

qui vendidit partem pretij fiſco ſoluerit, alterámque in cautionem deduxerit.[b] Nemo enim ex ſociis plus parte ſua poteſt nec alienare nec obligare, ad hoc vt dominío alieno præiudicium fiat, & ſi totorum bonorum ſocij ſint.[c] Ideóque ſi vnus ex ſociis communem pecuniã numerauit, non alias creditam efficit, niſi cæteri quoque conſentiãt, quia ſuæ partis tãtùm alienationem habuit.[d] Notandum tamen eſt, ſi quis contracta ſocietate quod proprio nomine emit vendiderit, dominium transferri, ideo quia commune non eſt, ſed ipſius, quamuis ſocietatis iudicio id cogatur communicare.[e] Actio nanque perſonalis impedimẽto nõ eſt, quominus res alienetur dominiúmque transferatur.[f] His addendum eſt, re communi pignori data, partem ei reſtituendam eſſe qui obligationi non conſenſit cum fructibus quos creditor de ea parte perceperit:[g] & ſi ſecũdùm pactum diuiſionis nulla pignoris facta mentione ad eũ tota ea res peruenerit, euicta parte quę ante diuiſionẽ ſocij fuit qua obligatio tantùm conſtitit, vel ex ſtipulatu ſi interceſsit, vel quanri intereſt pręſcriptis ver-

b L. 2 C. ill. tit. l. fiſcus ff. de iure fiſci.

c L. nemo ex ſociis ff. pro ſoc. l. 1. ca C. de ſi com. res pi.

d l. ſi ſocius ff ſi cer. pet.

e l. ſi quis ſocietatẽ ff. pro ſoc.

f l. vlt. in fi. ff. de contrah. empt. not. Alc. in d. l. ſi ſocius

g l. 2. C. cõ. diuid.

verbis ſi ſtipulatio interpoſita non eſt, agere poteſt. Quòd ſi obligationẽ ſciens dominium ſuſcepit, euictionis tantùm nomine, ſi ſolennitate verborum vel pacto promiſſa eſt, experiri poteſt.[h]

h l. ſi fratres C. com. vtr. iud.

CAPVT 13.



Quod traditum eſt vindicationem domino tribui ad rem ſuam ab alio diſtractã reuocãdam, idem quoque dicendum, de alieni ſerui manumiſsione, vt dominus ſeruum ſuũ ab alio manumiſſum in ſeruitutem reuocare non prohibeatur, etiam ſi liberis minoribus viginti annis cõſentientibus pater eorum ſeruos manumiſerit.[a] Quinetiam ſi in conſpectu imperatoris libertatem à non domino conſecutus ſit ſeruus, ei protinus ad cuius proprietatẽ pertinet reſtituetur, & is qui principis conſcientiam fallendo manumiſit, mancipia duo domino eius dare cogetur eiuſdem ſexus ætatis atque artis cuius conſtiterit eſſe manumiſſum, & alia tria fiſco eadem ratione ſimilia. Quæ multa non ſemper imponitur, ſed potius conquieſcit, ſi forte manumiſſus inferentem ſibi quæſtio-

a l. pen C. de his qui à non do.

nem ſtatus obiecta legitima præſcriptione potuerit excludere, id eſt, bona fide & ex iuſto initio in poſſeſsione libertatis per viginti annorum ſpacium ſine interpellatione moratus ſit, cum ſibi amiſsi mancipij dãna debeat imputare is qui in perniciẽ ſuã geſta taciturnitate firmauit, nec ſeruum ſuũ in ſeruitutẽ reuocauit.[b] Quòd ſi dominus ſeruũ ſuũ in libertatẽ reuocare noluerit eius pretiũ ſi hoc elegerit, vel quanti intereſt conſequetur.[c]

b l. vlt. C. ill. tit.

c l. 1. C. ill. tit.

CAPVT 14.



Qvamuis autẽ domino rei ſuæ ab alio diſtractæ petitio detur, eum tamen furti alligari certũ eſt, ſi eam ſurripiat, & poſsidẽtis intereſt retinere poſſeſsionem, vt quia hominem damnatum noxali iudicio defenderit, vel ægrum curauerit, vel aliam aduerſus vindicantẽ iuſtã ſit habiturus retentionem,[a] perinde atq; ſi is qui rem cõmodauit eam clam auferat furti obligatur, quamuis ſuum recipiat, ſi aliquas retinendi cauſas is cui cõmodata res erat habuit, eiúſque interfuit, quia forte neceſſarias in rem commodatã impenſas fecit.[b]

a arg. l. ſi quis vxori §. vlt. ff. de furt.

b l. ſi is qui §. ff. ill. tit.

Item

Item ſi is qui rũ pignori dedit venunderit eam, quãuis dominus ſit, furtum facit, ſiue eã dederit creditori, ſiue ſpeciali tantũ pactione obligauerit. [c] Sed & multis caſibus euenire poteſt, vt hæc nõ procedat vindicatio, de quibus vt aliquid nũc dicamus ratio poſtulare videtur. Atque illud in primis in fiſco notãdum eſt, quod à Zenone bonæ memoriæ iure ſingulari (fiſci enim cauſa ſemper & vbique præcipua eſt) conſtitutum eſt, ſi quis ab eo per venditionẽ aut donationem aut alium titulum rem alienã acceperit, eum ſtatim ſecurum fieri & victorem exiſtere ſiue experiatur ſiue cõueniatur, aduerſus autem ſacratiſsimum ærarium vſque ad quadriennium licet iis intendere (modò in ea cauſa non ſint vt reſtitui poſsint) [d] qui pro dominio vel hypotheca earum rerum quæ alienatæ ſunt putauerint ſibi quaſdam competere actiones: [e] vtique ſi non ob publicas penſitationes alienatio celebrata fuerit. Nam eo caſu ſi fiſcus rem alienam diſtrahat ſtatim tenet venditio, nec opus eſt quadriennij præſcriptione, ſed nec reſtitutioni locum eſſe volunt. Iuſtinianus idem quoque poſt

c l. ſi is qui 68. ff. ad l. ũt.

d l neq;. C. de reſtit. mil.

e l 2. & 3. C. de quad. præſt §. vlt. de vſuc in inſtit.

Zenonem de iis ſtatuit qui ab Auguſto aliquid acceperint, quod fiſcalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ conſtitutionis continetur. Quæ enim differentia introducitur (inquit ille) cum omnia principis eſſe intelligantur (id eſt tum quæ ſunt fiſci, tum quæ patrimonij) ſiue ex ſua ſubſtantia, ſiue ex fiſcalibus fuerit alienatum? eadémque prærogatiua conceſſa eſt, & ſi à ſereniſsima Auguſta aliquid fuerit alienatum.[f] & meritò. Nam quodcũque priuilegium fiſco competit, hoc idẽ & Cæſaris ratio & Auguſtæ habere ſolet.[g] Sed quàm iuſtè id contra rationem iuris ſit cõſtitutum alij viderint, mihi verò nimis durum videtur rei perſecutionem denegari, & in alium tranſlatam actionem tam breui ſpacio extingui. His conſequenter admittendum eſt multùm intereſſe, vtrùm cohæredes tui poſſeſsionem communem diſtraxerint, an verò fiſcus, cum partis dominus eſſet, ſoliditatem iuxta proprium priuilegiũ vendiderit. Etenim ſi vel ob minimã rei portionem quam habet vniuerſam vendiderit, fidem eius infringi minimè rationis eſt. Portionis autem ad eum nõ per-

f d.l.3.d.§. vlt.


g l.fiſcus §. vlt ff.de iure fiſci.

tinentis pretium ſocio reſtituetur, nec in fiſcum redigetur. [h] Eo tamen priuilegio nõ vtetur in ea re cõmuni quæ idcirco ei cum altero cõmunis eſt, quòd eius antea partẽ diſtraxiſſet. Nam cũ principi moribus noſtris variare non liceat, pro parte tãtùm valebit alienatio, nec reuocabitur quod alij prius alienatũ fuit. & ita arreſto ampliſsimi ordinis. ſuperiore anno ſancitũ eſſe memini. Idẽ tradunt ſi fiſcus rem communem ſimpliciter legauerit, vt pro parte ſolummodò quæ fiſci fuit ſuſtineatur legatum, [i] ſed videndum eſt ne non idem ſaltem hîc quoque dicendum ſit quod in priuatorum legatis ſupra retulimus, vt portionis quæ aliena eſt æſtimatio debeatur, ſi dominus eam vendere nolit, vel ſi quidem vendere velit, ſed nõ iuſto pretio.

h d. l. 1. C. de cõ. rer. l. 1. C. de vend. rer. fiſc cũ pri. com. lib. 10.

i not. in §. non ſolum de leg. in inſtit.

CAPVT 15.



Lienationem autem ab eo factam qui ius alienandi aut obligandi habuit à domino reſcindi nõ poſſe, ſumma ratione conſtitutum eſt, quòd non tam alienam quàm ſuam rem diſtrahere intelligatur. Quare ſi creditor, cũ hypothecas

proſcribit,debitori notũ fecerit,rem bona fide geſſerit,& quando licet teſtatò dixerit,cęteráſque ſolẽnitates minimè prętermiſerit reuocari venditio non poteſt, etiam ſi debiti maiorem partem conſecutus ſit creditor,vel etiam ab vno ex hæredibus partem.[a] Sed neque debitor rei obligatæ diſtractionem impedire poterit, dicens teſtatorem alienationem prohibuiſſe addita etiam pœna,vt fiſci fiat ſi alienata fuerit.Nec enim potuiſſe eum huiuſmodi lege ius creditoris facere deterius manifeſtum eſt vel denuntians creditori aut iis qui ab eo volunt comparare,ne eam rem alienet,niſi vniuerſum tã ſortis quàm vſurarum offerat debitum creditori, & eo non accipiente depoſitum oſtendat:neque ea ratione emptor, tametſi ſciat interpoſitã à debitore creditori denũtiationem, malæ fidei ſit poſſeſſor.[b] Vno tamen caſu animaduertendum eſt, venditionem à creditore lege pignoris obſeruatíſque ſolẽnitatibus factũ reuocari, ſi aliquot hæredibus æquis partibus inſtitutis & fundo per præceptionem ſingulis legato, hi vniuerſa bona patris, quò hæreditario creditori ſoluerent,

a l.4.6.7.9.16.18.C.de diſt.pign.

b l.1.& 2.C. deb.vẽd.pi.

uerent,posteriori obligauerint, qui cũ ei debitum non solueretur prædia vniuersa lege pignoris vni ex hæredibus vendidit. Nam licet iste filius ex causa emptionis ea posſideat, & ideo translatum esse dominium,nec reuocari posse videatur, fratribus tamen iisdémque cohæredibus fideicommiſsi petitio inuicẽ manet, persoluto scilicet ab eis debito emptori eidémque cohæredi.[c] Quòd si creditor ius pignora distrahendi non habuit,quia forte ita conuenit, ne alienaret, vel ex fructibus debitũ consecutus est,& ita pignus ipso iure ab obligatione liberatum fuit, [d] nisi pactum esset de lucrandis fructibus pro vsuris: [e] vel quia sortem cum vsuris oblatam recusauit, eáque contestatione facta à debitore deposita fuit: [f] vel quia mulier, licet specialiter, pro alio res pignori dedit, modò ea patientiam in fraudẽ ignorãtis creditoris nõ præstiterit, vt velut proprias maritus obligaret.[g] Nam velleiani Senatusc. beneficio infirmitati nõ calliditati succurritur.[h] Idẽ & si creditor ius quidẽ distrahẽdi habuit, tamẽ ipse per suppositã imaginarij emptoris personã posseſsionẽ semper tenuit, nec bo-

c l.vlt.§. quatuor ff. de leg.2

d l 1.C.de dist.pig.l.si dominium C.de pig.

e l.si ea lege.l.ex prædiis C.de vsur.

f l.si prius C.de dist. pig.

g l.mulier C.ill.tit.


h l.si sine C.ad Velleia.

na fide venditũ pignus postea cõparauit: i vel si dolo malo minoris vendidit: vel in distrahendis pignoribus non obseruauit quæ celebrari consueuerunt, non solùm aduersus creditorem pignoratitia experiri licet ad pignus & quanti interest consequendũ oblata pecunia cum vsuris, sed etiam aduersus possessorẽ, si de bonis creditoris condẽnati solui pecunia non potuerit, à quo quidẽ possessore si eum fraudem participasse, vel mala fide emisse doceri potuerit, ea quæ mala fide gesta sunt reuocãtur, habita etiã ratione fructuũ & dãni quod irrogatũ esse apparuerit, oblata tamen à debitore pecunia cum vsuris quanti vænierit. Quòd si bonæ fidei fuerit emptor restituere quidem cogi poterit recepto pretio, sed si iam vsuceperit, à creditore petendum erit pretium.[k]

i l.& q. sub imagine C. de dist. pig.

k l.1.2.3.4. C. si vend. pig.

CAPVT 16.



Vod de creditore cui ius vendẽdi fuit diximus, idem probandum est, vt si pater filij nomine res eius hæreditarias vẽdiderit, vel si emptorem non inuenerit pignori rite supposuerit dissoluendi æris alieni causa quod ex defuncti persona de-

deſcẽdit, aut ſi vt ipſum filium vel filiam aleret hoc fecerit (filios enim vel filias & deinceps alere patri neceſſe eſt, non propter eorum hæreditatem, ſed propter ipſam naturam & leges quæ à parentibus alendos eſſe liberos imperauerunt, & ab ipſis liberis parẽtes, ſi inopia ab alterutra parte verteretur) aut ſi idcirco alienauerit pater, quòd illæ res ſiue mobiles ſiue immobiles, eſſent oneroſæ hæreditati & pretium earũ vel in res vel in cauſas hæreditarias verterit, vel fiſco ſeruauerit vt, inquam, nullo modo licentia cõcedatur filiis eaſdem venditiones vel hypothecas retractare. Extra has autem memoratas cauſas patri non permittitur rẽ filij alienare vel pignori vel hypothecæ titulo dare.[a] Nam & is Charinus, de quo ſupra memini, dicit patrem non poſſe lege vendere quam è Rhodo emptã aduexerat ancillam & mancupio acceperat.

[a] l. vlt. §. ipſum autem C. de bo. quæ lib. l. ſ. C. de bo. mat.

CAPVT 17.



His etiam addendum eſt, quòd ſi quis ſuccedat rei ſuæ venditori perfectam iure venditionem eum reſcindere ac dominium reuocare iure hæreditario nõ poſ-

ſe.[a] Nam cum ſuccedat in locũ defuncti, & eadem perſona cum eo cenſeatur eſſe, reſpectu aditæ hæreditatis voluntatem eius ſuo conſenſu firmare debet, [b] quare & exceptione rei vẽditæ ſummoueri poteſt, [c] & ſi ipſe poſsidet publiciana tenebitur.[d] Iure autem proprio & ex perſona ſua ſi controuerſiam facere voluerit, id ei quidem permittetur etiam filio, re à patre vel à matre diſtracta quibus hæres extiterit, [e] licet aliis aliter videatur: ſed emptoris erit electio, vtrùm eam rem vellit retinere hæredis intentione per exceptionem doli mali eliſa pro qua portione hæreditas ad eũ peruenit, actione nẽpe pro ea tantùm cõfuſa, [f] (tametſi filius propter eam exceptionẽ quartam ſuã nõ ſit habiturus, habet enim ad eam vel eius ſupplementũ regreſſum, tanquam re omnino vel pro parte euicta [g]) an potius re ablata & euicta quanti ſua intereſt experiri, vel ex cauſa ſtipulationis duplũ conſequi. Sic enim Dioclet. & Max. impp. ſcribunt, venditori ſuccedenti hæreditario iure perfectam rectè venditionẽ ac dominium reuocare non licet. Sed & ſi ex perſona ſua vindicet: vel exceptione te doli

mali,

a l. ſine poſſeſsio C. de euict. l. 3. C. de reb. alie. non alien.

b L. ex qua perſona. ff. de reg. iur. arg. l. ſi ab eo. C. de lib. cauſa.

c L. 1. ff. de excep. rei vend.

d l. 2. ff. ill. tit.

e L. ſi ab eo C. de neg. geſt. l. cum à matre C. de rei vind. l. vxor. C. de bo. auth iudi. poſſ. l. 1. C. de bon. mat. l. ſi adulta C. de hæred. act. l filium. de lib. cauſa.

f d. l. cum à matre. d. l ſi vxor. d. l. ſi ab eo.

g L. ſcimus C. inoſ. teſt.

mali, si hanc viã elegeris, tueri: vel euicta re, si defensione monstrata vti nolueris, quanti tua interest poteris experiri.[h] Et Paulus lib. 7. respons. iure quidẽ proprio, inquit, non hæreditario Semproniã quæ Seiæ (quæ fundos ipsius Sẽproniæ in dotẽ marito suo interposito de lucrãda dote pacto dederat) hæres extitit, cõtrouersiã fundorũ facere posse; sed euictis prædiis eandem Semproniã hæredem Seiæ cõueniri posse, vel exceptione doli mali summoueri.[i] Supra dicta haud dubiè procedunt, nisi hæres institutus quicquã exigere prohibitus sit,[k] vel nisi testator cõpensationẽ inducere, voluerit.[l] Nã si cõpensandi debiti gratia vxor maritũ fecit hæredẽ, desyderio tuo præter portionẽ hæreditatis debitũ quoq; restitui postulãtis nõ tantùm iuris seueritas verumetiam defunctę voluntas refragatur.[m]

h d. l. 3. de reb. alien l. vindicantẽ ff. de euict.

i L. Seia. ff. de euict.

k d. l. si adulta arg. l. tutor ff de lib. leg. & l. cum necessitatẽ C. de de fideic.

l L. cum pater. §. titio de leg. 2

m L. si compensandi C. de hære. inst.

CAPVT 18.



QVòd si vẽditor rem quam ipse vendidit vindicet, tũ rei vẽditę & traditæ, tum doli exceptione cũ summoueri posse nemini dubium est, quanuis alio iure dominiũ quæsierit. Improbè enim à se distractam

euincere conatur.[a] Nam & ſi is qui rem furtiuam vendidit poſtea domino hæres exiſtat, confirmatur venditio: ſicuti dotalis prædij cōfirmatur vēditio, ſi defuncta poſtea muliere in matrimonio tota dos lucro mariti ceſſerit.[b] Sed & ēptori eadē electio cōpetit quā in ſuperiore ſpecie dari diximus, vt is vel exceptione oppoſita rē retineat, vel ea omiſſa, ſed & oppoſita quidē, re nihilominus tamē euicta, agat ad id quod intereſt, vel ex cauſa ſtipulationis, ſi interpoſita eſt, duplū conſequatur.[c] Idem in eo dicendū qui apud emptorē pro venditore fideiuſsit, vt fundum vindicans, tametſi per vxorē ſibi eū quæſitū eſſe dicat antequā poſſeſſori cui fideiuſsit diſtraheretur, doli exceptione oppoſita repellatur, qui venditioni adeo conſenſum dedit, vt ſe etiā pro euictione obligauerit.[d] quia vulgata iuris regula eſt, quem de euictione tenet actio, eundē agentē repelli exceptione: authore autē laudato ſi euicta res eſt, fideiuſſorē (etiam ſi agi cauſam ignorauerit) conueniri euictionis nomine poſſe nō ambigitur.[e] Ex quo planū fit vſquequaque verū nō eſſe quod quidā putant, fideiuſſorē agentem igno-

a d. l. 1 de excep. rei vēd. d. l. vindicantem.

b L. cū vir ff de de vſucap.

c d. l. vindicantem & l. ſeq ff. de euict.

d L. exceptione C. de euict.

e L. authore C. de fideiuſſ.

ignorantiæ velaměto ſe tueri poſſe.[f] Nā quāuis Caius lib. 9. ad ed. prouinc. poſt-quā retuliſſet, nō minus fideiuſſores quā hæredes iuſtā ignorantiam poſſe allegare, hæc verba ſubiunxerit, hęc ita de hære de dicta ſunt, ſi cum eo agetur, non etiā ſi agat. Nā planè qui agit certus eſſe debet, cum ſit in poteſtate eius quādo velit experiri, & ante debet rē diligenter explorare, & tunc ad agendū procedere,[g] eáq; verba ad hæredē tantum, non autē ad fideiuſſorem pertinere videantur, verius tamen eſt & ad fideiuſſorē quoq; referri poſſe, cum nulla probabilis differētiæ ratio inueniri queat. Idcirco autem ad fideiuſſorē non retulit, ꝙ de hærede tantùm dicere īſtituiſſet, & forte fideiuſſoris etiā meminerat. Sed & in fideiuſſoris hærede idem etiā admittendū quod de ipſo fideiuſſore diximus, vt vindicās exceptione repellatur, licet aliter vulgò ſentiāt. Dolo enim facit qui quod reſtituturꝰ eſt petit. Nec obſtat quod Dioclet. & Max. Impp. reſcripſerunt, fideiuſſoris factū non impedire quominus eius hæres ex ſua perſona dominium vindicet, ſcilicet euictionis cauſa durante actione.[h] Nam id pro

f Not. ſorc. mont. in l. qui in alterius ff. de reg. iur.

g d l. qui in alterius.

h L. vlt C. de euict.

ratione libelli illis oblati sumendum est, tanquam de eo consulti fuerint, an fideiussoris hæres idcirco rem suam vindicare impediatur, q; defunctus eius rei nomine pro venditore apud emptorem intercesserit. Et rescriptũ est ex sua persona non impediri. quod & in alio quouis hærede si ex facto ĩcidisset rescripturos fuisse proculdubio est. Neq; propterea existimandum est, eos censuisse exceptioni locum non esse, si ea emptor vti velit. Id enim æquitatis iurísque ratione vix defendi posse videretur. Quod verò aiunt Impp. euictionis causa durare actionem, idem in ipso fideiussore probari oportere indubitati iuris est. Durat enim vtroque casu aduersus venditorem actio, re semel quomodocunque euicta.

CAPVT 19.


Ostremò meminisse debemus, domino rei suę vindicationem denegari re ab emptore vsucapta, vt iam à nobis dictum est, (qui nautem res aliena eáque sola bona fide possessa vsucapiatur, nulla dubitatio est)[a] Hinc est quòd si rẽ alienã mortis causa donauero, eáque vsucapta fuerit, quia sic

a. tit. de vsucap.

ſic donata eſt, vt iam nunc haberet is cui donatũ eſt,ſed redderet ſi cõualuiſſẽ, vel de prælio vel peregrè rediiſſẽ;verus quidam dominus eã cõdicere nõ poteſt,ſed ego ſi cõualuero: [b] quẽadmodũ & mulieri ſi rẽ alienã in dotẽ dederit ei reddenda eſt, quaſi ſuã dederit, & fructus quoque pro portione anni quo diuortiũ factum eſt. [c] Nã qui alienã rẽ mortis cauſa traditã vſucœpit,nõ ab eo videtur cœpiſſe cuius res fuiſſet, ſed ab eo qui occaſionem vſucapionis præſtitiſſet. [d] Sed & ſi alieni numi in ſolutũ dati ſint ab eo qui ſe falſò debere exiſtimabat,ita vt per longi tẽporis præſcriptionem auocare dominus eos nõ poſsit,condictio indebiti cõpetit, vt vel eorũ poſſeſsio reddatur. [e] Idẽ etiã in pignore alieno dato iudicãdum eſt,vt ſoluta pecunia creditori reſtitui debeat ei qui dedit,vt à nobis infra dicetur. Sed de eo obiter hîc quæri poteſt,vtrùm poſſeſſor quæſtionẽ dominij obiicere poſsit ſi is qui alienã rẽ dedit eã repetat,& conſtat ſi vindicet,vel mutuum petat,vel ex quouis cõtractu agat ex quo dominium transferri oporteat, eũ poſſe ſummoueri exceptione dominij tã alieni quàm pro-

b L.ſi alienam l. ſi mortis 2. ff. de mor.cau. donat.

c L.ſi alienam.ff. ſol. matr.

d L.qui alienam.ff. de donat. cauſ.mort.

e L.indebiti §.ſed & ſi ff.de cond. indeb.

prij. At si ex his contractibus agat in quibus necesse nõ est eũ qui dat dominium trãsferre, vt in locato, deposito, commodato, & similibus alieni dominij quęstione repelli non potest: quinimo prædoni & furi ex his contractibus agere permissum est:[f] quanuis dici possit domino potius quàm latroni restituendum esse, si is petat.[g] Proprij autem dominij quæstio quin rectè obiici quęat ambigendũ non est, quoniã traditũ est, eos non posse subsistere cõtractus, cũ res tradita dantis nõ est sed accipiẽtis.[h] Obseruandũ tamẽ est possessorẽ ipsum nõ ante de proprietate agere posse, quàm possesionẽ restituerit. Sic enim Dioclet. & Max. Impp. aiunt, si quis cõductionis titulo agrũ vel aliã quãcunque rẽ accepit, possesionẽ prius restituere debet, & tũc de proprietate litigare.[i] Nã hoc rescriptum de eo accipiendũ esse arbitror, qui nõ ipse excipere, sed proprietatẽ sibi vltro asserere ac vindicare vult, licet eius speciem aliis atque aliis, ad rẽ tamen nõ pertinentibus, propositis exẽplis effingere conentur. Idẽ quoque in cõmẽdatario, depositario, & similibus iudicandũ esse similitudinis ratio suadet,

f L. commodare & l. seq ff com. l 1. §. si prædo ff. depos. l non à iudice ff. de iudic.
g L. bona fides ff. depo.
h L. qui rẽ C. loc l. qui rem. ff. depos l. neq; pignus. ff. de reg. iur.
i L. si quis conductionis, C. loc.

vt alienarũ rerũ possessores, qui priusquã res ab eis petãtur de earum dominio litigare volunt, possesionẽ primũ restituere debeant, deinde si velint de proprietate experiãtur. Sed hęc disputatio alienior ab instituto videtur. ad rẽ igitur ipsam redeamus.

CAPVT 20.



Vanquã autẽ rei alienę possessor rei vindicatione tantũmodo conueniri potest à domino & non personali actione, quia cũ eo nihil actũ est,[a] & ideo re vendita, perẽpta, vel vsucapta dominus actione destitui videtur: quoniã tamen hoc natura æquũ est, neminẽ cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem[b] venditor qui pro re pretiũ accepit ad eius restitutionem obligatur.[c] Idem in re cõmuni vsucapta. Hi enim cõueniendi sunt qui illicitam venditionem celebrarũt.[d] Sed quæstionis est qua actione ad eius pretij solutionẽ cõpellendus sit venditor? Et refert Aphricanus si eum seruũ qui tibi legatus sit quasi mihi legatum possederim & vendiderim mortuo eo posse te mihi pretiũ con-

a L. in rem l officium ff. de rei vind. § 1. de act. in insti.

b L. nã hoc natura ff. de cond. iud.

c L. 1. C. de reb. alien. non alien.

d L. 1. C. de cõ. rer. do.

dicere Iulianus ait, quasi ex re tua factus sim locupletior.[e] Nam cum pretium habeam, rem ipsam habere videor.[f] Ideóque id à me tibi reddi bonũ & æquũ est. Id quod sine vlla dubitatione procedit, cum is qui rẽ alienã vendidit, eã ex lucratiua causa accepit. Sed & si ex onerosa causa rẽ sit ab alio consecutus venditor, & propterea ex pretio minimè sit factus locupletior, teneri nihilominus eum negotiorum gestorũ actione verius esse puto, si dominus quod gestũ est ratũ habuerit, siue res extet, siue non extet.[g] Quanuis nonnulli existiment nunquã eo casu pretiũ à venditore condici posse. Quam sententiam cõfirmari putant quadã proculi epistola in qua scribit, ancillam quæ nupsit, dotísque nomine pecuniam viro tradidit, nõ posse eam pecuniam viri facere: eámque nihilominus manere eius cuius fuerat antequã eo nomine viro traderetur. Itaque nec facto quidem diuortio aut dotis iure aut per conditionem mulierem repetere rectè posse, sed eũ cuius pecunia est rectè vindicaturũ, nisi vir pro suo posidendo, scilicet quia existimauit mulierẽ liberam esse, eã pecuniam arte-

e L. si eum seruum ff. si cert. pet.
f L. si ipsa. ff q[d] met. causa.
g L. 2. C. de rei vind. l. vlt. ff de neg. gest.

antequam matrimoniũ esset vsucœperit. Idémque esse & si quid ex ea pecunia parauit antequam ea dos fieret: ita vt nec posſideat eam, nec dolo fecerit quominus posſideret.[h] Sed ex his proculi verbis nõ video quî effici posſit, vt re quam maritus ex pecunia parauit nondum vsu capta aut perempta eam non posſit dominus petere, habendo ratũ id quod maritus gesſit, præsertim cũ ea pecunia non appareat, nec vsucapta esse dicatur. Sed nec ex eo quod Iulianus lib. 7. digestorũ scripſit, si hominem qui Mæuij erat emero à Titio, deinde cũ eum Mæuius à me peteret eum vẽdidero, eúmque emptor occiderit, æquum esse me pretiũ Mæuio restituere,[i] credendum est Iulianũ existimasse, me ad pretij solutionẽ non teneri si hominẽ vendidissem antequã à me peteretur, id est, priusquam essem in mora seu mala fide. Nã & hoc casu quoque teneri me æquitas suadet, si dominus quod à me gestũ est ratum habere velit, ne is re sua, vel saltem eius pretio fraudetur, prçsertim cum mihi de euictione actionem aduersus authorẽ meum denegari non existimen, tanquam re euicta. Quinau-

h L. proculus ff. de iure dot.

i L. Julian. ff. de rei vind.

tem dominus rei ſuæ ab alio celebratam venditionem ratum habere poſsit hæſitandum non eſt, re etiam adhuc extante, & eo nomine oriri actionẽ negotiorum geſtorũ, ſiue nomine domini ſiue ſolius venditoris facta ſit venditio:[k] quoniam reipſa negotium domini geſtum eſſe videtur, & ideo propter ſubſequentẽ eius conſenſum venditionem eius vtilitatis cauſa factam in ſubſidium, id eſt, ex bono & æquo interpretamur. Sed & aliis caſibus electionẽ habet dominus vtrùm rem vindicet, an ad pretium agat. Nam Iulianus ait, ſi quis ſeruũ mortis cauſa ſibi donatum vendiderit & hoc viuo donatore fecerit, pretij cõdictionẽ donator habebit, ſi conualuerit, & hoc donator elegerit: alioqui & ipſum ſeruum reſtituere cõpelletur.[l] Eum quoque qui ſeruos alienos ac ſi ſuos manumittit, vt pretiũ earũ dominis ſi hoc elegerint depẽdat, vel quanti ſua intereſt, ſæpe reſcriptũ eſt teneri.[m] Sed & qui alienos numos inſcio vel inuito domino ſoluit, ſi mixti ſunt ita vt diſcerni non poſsint, (& ideo fint eius qui accepit, quaſi per immixtionẽ conſumpti) actione furti domino tenetur.[n]

k L. ab vno C. de neg. geſt. l. pupilli §. ſed ſi ego, ff. verſi quid ergo, & §. ſed ſi quis ff. ill. tit. l. in familiæ C. fami. erciſc.

l L. illud §. 1. ff. de donat. cauſa mort.

m L. 1. C. de his qui à non do.

n l. ſi alieni ff. de ſolut.

Caput

CAPVT 21.

SVpereſt quartus & poſtremus noſtræ diſputationis loc⁹, vt diſpiciamus, quẽadmodum emptori conſulatur. Et in primis ſciendum eſt in hoc iudicio id demũ deduci quod præſtari cõuenit. Cum enim bonæ fidei iudiciũ ſit: nihil magis bonæ fidei cõgruit, quàm id prǽſtari, quod inter contrahentes actum eſt. Quòd ſi nihil conuenit, tunc ea præſtabuntur quæ naturaliter inſunt huius iudicij poteſtate, id eſt, & ſi ſpecialiter vẽditor euictionem non promiſerit, euicta re actio non ad pretium dũtaxat recipiendum, ſed ex natura ex empto actionis ad id quod intereſt competet, [a] niſi conuentione periculum euictionis remiſſum ſit, id eſt, in venditione ſit comprehenſum, nihil euictionis nomine præſtitum iri. Nã eo caſu ad id quod intereſt venditor ignorans rem alienam eſſe non tenebitur. Veruntamen quoniam bonæ fidei contractus hanc non patitur conuentionem, id eſt, non ita recipitur, hæc generalis de euictione conuentio, vt emptor rem amittat, & pretium venditor retineat: re euicta nõ vtilitas quidẽ ſeu id quod intereſt

[a] L. ex empto ff de act. empt. l. euictato l. ſi in venditione ff. de euict. l. non dubitatur. C. ill. tit.

ſed pretium debebitur: quemadmodum ſi venditor pronunciet per ſe hæredémque ſuum non teneri quominus habere liceat, poteſt defendi re ab extraneo euicta ex empto eum in hoc quidem non teneri quod emproris intereſt, veruntamẽ vt pretiũ reddat teneri, niſi forte ea conuentione recipiamus, vt ne ad pretiũ quidẽ teneatur vẽditor, quẽadmodũ recipitur, vt vẽditor numos accipiat quanuis merx, ad emptorem non pertineat veluti cum futurum iactum retis à piſcatore emimus, aut indaginẽ plagis poſitis à venatore, vel pãtheram ab aucupe. Nã etiam ſi nihil capit, nihilominus emptor pretium præſtare neceſſe habebit.[b] Nam & ſi quis audita patris morte in vẽditione hæreditatis id egerit, ſi quid iuris eſſet vẽditoris væ nire, nec poſtea quicquã præſtitũ iri, quanuis ad venditorem hæreditas nõ pertinuerit, eo forte exhæredato, nihil tamẽ præſtabitur, quia id actũ eſſe manifeſtũ eſt, vt quẽadmodũ emolumentũ negotiationis ita periculum ad emptorẽ pertineret. Nam hoc modo admittitur eſſe venditionẽ, ſi quaſi hæreditas empta eſt, & quaſi ſpes hæreditatis, & ipſum


[b] L. emptorem §. deniq; & §. qui autẽ ff. de act. empti arg. l. vl. §. vlt. C. cõ. de leg.

ipsum enim incertũ rei veneat, vt in retibus. Illo verò nõ adiecto (si quid iuris vẽditor haberet, haberet emptor) tũc si sit hęreditas quę ad vẽditorẽ nõ pertineat, hęredẽ se esse is præstare debet: alioquin hæreditas æstimabitur, & si quid in eã rẽ impẽsum est emptor ab eo consequetur, & si quid emptoris interest, hoc est dãnũ quod ex ea re contigerit, quòd aliã rem forte erat empturus, vel pecuniam suam mercaturis aut vsuris occupaturus, non autẽ quantùm de lucro & emolumento decesserit, quòd non sit cõsecutus hæreditatem.[c] Hoc autem sic intelligendum est, nisi euictionis periculũ remissum fuisse ponamus, vt modo dicebamus. Tunc enim pretium duntaxat condicetur, nisi sciens ad se non pertinere, ita vendiderit. Nam tunc ex dolo tenebitur,[d] vt postea demonstrabimus,

c L.8.9.10. 11 13.ff. de hæred. ven.

d L.12.ff. ill.tit.

CAPVT 22.



Bseruandum tamẽ est, cum qui alienam rẽ vẽdidit, post lõgo temporis præscriptionem vel vsucapionẽ desinere emptori de euictione teneri.[a] Sicuti & is qui alienum hominẽ in

a L.qui alienam.ff.de euict.

ſolutum dedit vſucapto homine libera-
tur,[b] quia cũ longi temporis pręſcriptio-
ne ſolita emptor ſe tueri poſſet, vel cum
vſucapere poſſet culpa ſua, vel ſponte nõ
vſuceperit, imputare ſibi debet, qui vel
nõ vſucœpit, vel eam præſcriptionẽ non
oppoſuit. Ideóque euicta re de euictione
nequaquã tenebitur vẽditor [c] niſi cogni-
tione prætoria ablatus fuerit fundus mi-
nore puta, vel eo qui reip. cauſa aberat in
integrũ reſtitutis. Nam tũ æquũ erit per
eũdẽ prætorem & pro euictione vtilem
poſſeſſori ſeu emptori vnde euincitur
reſtituere actionẽ, ceſſante directa pro-
pter pręſcriptionem.[d] Idem & ſi eã qui-
dem exceptionem oppoſuit emptor, ſed
per imprudentiã iudicis, errorem, ſordes,
ſtultiam emptor victus fuerit. Iniuria e-
nim quæ emptori fit, authorẽ non debet
contingere.[e] Sed ſi venditor liberũ ho-
minẽ, vel aliã rem quæ pręſcribi non po-
teſt vendiderit, nunquã deſinit de eui-
ctione teneri, licet poſt multa ſpacia ad
libertatem proclamet aut euincatur. Sic
enim Dioclet. & Max. Impp. aiũt, empti
actio longi temporis præſcriptione non
ſubmouetur, licet poſt multa ſpacia rem
eui-

b L. is qui alienũ ff. de ſolut. l. Iulianus §. vlt. ff mand.

c L. ſi obligata C. de euict. l. ſi rẽ quã §. ſi duplæ ff. ill. ti.

d L. minor. l. ſi cum vẽditor §. 1. ff. ill. tit.

e L. ſi per imprudentiam ff ill. tit. l. ſi non à niuria C. ill. tit.

euictam emptori fuerit comprobatum. [f] Ea enim generalia verba generaliter accipienda non ſunt, alioqui ea ſupra dictis repugnarēt, ſed ad propoſitam quæſtionem, de eo qui poſt legitimum præſcriptionis tempus quo in ſeruitute fuerat proclamat in libertatē aſtringenda ſunt, vt & pleraque alia quæ in imperatorum reſcriptis generalibus verbis cōcepta reperiūtur. Superioribus adiiciendum eſt, ſi alienam rē mihi tradideris, & eandem pro derelicto habuero, amitti authoritatem, id eſt, actionē pro euictione: [g] perinde atque ſi ſeruū cuius nomine duplam ſtipulatus ſis manumiſeris, nihil ex ſtipulatione conſequi poteris, quia nō euincitur quominus habere tibi liceat quem ipſe ante voluntate tua perdideris. [h] Idem ſi cōpromiſerit emptor, & contra eū dicta fuerit ſententia, nulla ei de euictione actio dāda eſt aduerſus venditorem. Nulla enim neceſsitate exigente id fecit. [i] Eadem dicemus, ſi authori aut hæredi eius emptor non denuntiauerit, vel in iudicio nō adfuerit. [k] Sed & is qui iure creditoris rem ſibi obligatam quem debitoris eſſe putabat vendidit, re euicta de eui

f L. euicti actio C. ill. tit.

g L. vlt. ff. ill. tit.

h L. ſi ſeruū cuius ff. ill. tit. l. ſi hominem ff. de edit. ed.

i L. ſi dictū, §. 1. ff. de euict.

k L. emptor C. ill. tit.

ctione emptori non tenetur nec ad pretium restituendum, si cum vendidit de euictione nō repromisit,[l] sed ad hoc tenebitur ex empto, vt quām habet aduersus debitorem contrariam pignoratitiā actionem eā emptori præstet.[m] Alijs prçterea permultis casibus rei euictæ nomine denegatur actio, de quibus alius est dicendi locus.

l l. emptorē §. denique ff de act. empti l. 1. & 2. C. cred. euict. pig.

m l. in creditore l. si plus ff. de euict. l. si ob causam C. ill. tit.

CAPVT 23.



Tque hçc quidem, quç de emptore diximus, procedunt si bona fide rē alienam emerit. Nā qui sciēs alienum fundum vel obligatum emit, nec quicquam de euictione conuenit, quod eo nomine dedit repetere non potest,[a] quia pretium quod pro vitioso contractu datum est, secundum principalium statutorum tenorem, malæ fidei emptoribus restituere nō oportet,[b] nisi forte creditori ius vendendi fuit, doloque mala fide ementi vendiderit: eo enim casu, quoniam pretium datum in rē domini versum est, à vindicante pretium cum vsuris restitui debet, si de bonis cōdemnati creditoris pecunia solui non potue-

a l. si fundū C. de euict. l. labeo de contrah. empt.

b arg. l. 1. C. de præscri. 30. vel 40. an. l. vult. C. de litig. d. l. si fundum.

potuerit,[c] vt iam à nobis dictũ est. Quòd si de euictione stipulatus est malæ fidei emptor, ad venditorem regressum habebit,[d] nec doli exceptione repelletur, quia ita conuenit, quamuis ex empto actionẽ nõ haberet.[e] Neque repugnat quod traditur, eum qui sciens rem emit restitutioni obnoxiam, cuiusmodi est legatum, vel fideicommissum aduersus venditorẽ actionem habere ad pretium tantùm cõsequendum, non autem ad duplæ stipulationem aut emponemata.[f] Nam pendente restitutionis cõditione res ea sine dubio pleno iure hęredis est, licet alienare interim prohibeatur, nec seruum restitutioni obnoxium libertate donare possit, ne iniuria fiat legatario.[g] Itaque durum esset emptorẽ cum duplæ & emponeumatum iactura etiã pretio ab eo dato priuari, cum planè malæ fidei dici non debeat. Adde quòd multis modis contingere potest vt restitutio nõ fiat, nec conditio existat. Et si restitutioni locum esse contigerit, vel conditio euenerit, vltimæ defunctorum voluntates nihilominus legitimum habebũt exitum. Nam si seruum sub conditione legatum hæres alie-

c L. 1. C. si vend. pig. l. emptor ff. de rei vind.

d L. si à matre C. de iure dot.

e L. apud Celsum §. item labeo. ff. de excep. doli.

f L. vlt §. vlt. C. com. de leg.


g L. generaliter ff qui & à quib. ma l non ideo ff de rei vind.

nauerit, deinde cōditio extiterit, poteſt nihilominus à legatario vindicari, nec extinguitur legatum.[h] Idem probādum eſſe cenſeo, ſi quis ſciens ea cōditione relictum, ne extra familiam alienetur ſibi comparauerit. Nam poteſt euenire vt à poſtremo familiæ ematur, & ſic venditio teneat.[i]

h L. ſeruo legato ff de ſeruo leg.

i arg. l. 1. cū pater §. libertas & l. qui ſolidū § penul ff. de leg. 2.

CAPVT 24.



I autem venditor ſciens obligatum aut alienum fundum vendiderit, & ſic emptorem deceperit, Iulianus libr. 15. digeſtorum ſcripſit, omnia detrimenta quæ ex ea emptione emptor traxerit præſtaturū ei. Quæ ſententia labeoni. Vlpianoque placuit.[a] Sed & ſi adiectū ſit, ne eo nomine quid præſtet, æſtimari oportet dolum malum eius quem ſemper abeſſe oportet in iudicio empti, eo quòd bonæ fidei ſit (nec enim generali conuentione continetur dolus.[b]) licet eum abeſſe dictum nō ſit.[c] Quod ſecus eſſe in emptore ſciēte rem alienam eſſe quam emit, ſi per ſtipulationem ſibi pro euictione cauit, ſupra oſtendimus. Quinimò ſi ſciens alienā rem mihi igno-

a l. labeo. ff. de contrah. empt. l. Iulianus ff. de act. empti.

b l. Aurelia ff. de liberat. leg

c l. tenetur. §. vlt. ff de act. empti. l. ſi cū fundum §. 1. ff. de contrab. empt. l. hoc autē ff. de hæred. vēd. l. veteribus ff de pact.

ranti vendideris, etiam priusquam euincatur vtiliter ex empto agere possum in id quanti mea interest, meam esse factam d: & si sciens furem vel noxium esse seruum ignoranti mihi vendideris, quanuis duplã promiseris, teneris ex empto quanti mea intererit scisse [e]. Quemadmodum si hominẽ in quo vsusfructus alienus est vel qui erat pignori Titio obligatus, noxæ dedisti: poterit is cui condemnatus es tecum agere iudicati, nec expectabimus, vt creditor euincat: [f] exceptione tamen doli opposita, si is cui numos debitor soluit alienos numis integris pergat petere quod sibi debeatur, nec offerat quod accepit, summouebitur. [g] Quanuis alioqui verum sit, eum qui rem emit, quandiu euicta nõ est, nec quicquam ei abest, authorem suum, propterea quòd aliena vel obligata res dicatur, conuenire non possit. [h]

d l. seruus quem. § vlt. ff. de act. empti.


e l. 4. ff. ill. tit.

f l. si hominem ff. de solut.

g l. si is cui ff. ill. tit.

h l. 3 C. de de euict. l. si plus §. mcta ff. ill. tit. d. l. 4.

CAPVT 25.



Vòd si & emptor & venditor rem alienam esse sciuerunt, verius est inuicem de dolo non acturos, [a] & potiorem esse causam possidentis, sibíque imputaturum

a l. si duo ff. de dolo.

emptorem qui ſciens rem alienam emit. Nam & ſi rei proprietas furti vitio affecta eſt, & tam emptor quàm venditor rem furtiuam eſſe non ignorauit, quæ venit à neutra parte contrahitur obligatio. Quòd ſi emptor ſolus ſcit rem furtiuam eſſe non obligabitur venditor non tamen ex vendito quicquam conſequetur, niſi vltrò quod conuenerit præſtet emptori. At ſi vēditor ſciuit, emptor verò ignorauit, vtrinque obligatio contrahitur, non tamen emptori, licet bonæ fidei, vſucapio procedet. Nam eius quòd ſurreptum eſt æterna authoritas eſſe debet lege 12. tabularū ſiue Atinia, vt eſt apud Aulum Gelliū,[b] & à nobis pluribus explicatum eſt in eo libello, quem ad legem Atiniam, ſiue de prohibita rei furtiuæ vſucapione ſcripſimus.

b lib 17. ca. 7. §. furtiuæ de vſuc. in inſtit. l. ſequitur §. quod autem ff. ill. tit.

CAPVT 26.



Reliquum eſt paucis dicamus quemadmodum creditori re aliena quam pignori accepit euicta conſulatur. Et palam eſt contrarium ſeu vtile iudicium pignoratitium dari aduerſus eū qui dedit, præter

ter stellionatum quem cõmisit:[a] Idque vel ad pignoris persecutionem, si is qui oppignerauerit rẽ alienã eius dominus esse cœperit. Nam cum ipse rem eam obligauerit improbè resisteret quominus vtilis actio moueretur:[b] vel vt pignus constituatur,[c] etiam ab hærede eius qui obligauit,[d] tametsi eius rei dominus esse cœperit. Non enim ad competẽdam vtilem pignoratitiam actionem, hoc est pignoris vtilem persecutionem sufficeret eundem esse dominum qui etiam pecuniam debet, nisi ipse de pignore conuenerit vt ex suo mẽdacio arguatur, nec enim ex post facto directò quidẽ pignus conualescit, sed vtilis seu cõtraria pignoratitia danda est creditori. Quo sensu accipi debere duo Pauli & Modestini capita probabiliter defendi posse videtur,[e] nisi si vtamur Francisci Duareni praeceptoris mei sententia tradentis, modestinum dicto Papiniani exceptionem addere quæ eius temporibus non erat vsitata. Sed hæc hactenus.

a l. 1. l. si rem alienã. ff de pig. act. l. quæ prædium. C. si aliena res pig.

b l. rem alienam ff. de pig. act.

c d. l. quæ prædium.

d l si Titio ff. de pign.

e d. l. rem alienam. d. l. si Titio.

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGITO

Ex lib. ad L. Atiniam.

Ex summa cap.11.pertinent.

*pag.3.col.2.lin.19.quæstionem mouebat. pag.4.lin.18. quoties voluerit, & ib.col.2.lin.22.veluti numus. pag.5.lin.9. qui vi expulerit. pag.12.col.2.lin.1.dupondios. pag.14.col.2.lin.1. fructus solere. pag.17.lin.25.*Diodoron *adiuit. pag.25.lin.21. quàm impediatur.*

Ex lib. De rei alienæ distractione.

Pag.3.lin.6.vel Resp.*facit pag.5.lin.8.in præmium. pag.8. col.2.lin.1.sed & res. pag.15.lin.15.& socio accresceret.*

